

et iuridicā, etiam ex eo quod sedes archiepiscopalis Ulyssiponensis ad praesens vacet, et proprio pastore et defensore destituta existat, ipsiusque capitulum et canonici, seu quicumque alii cuiuscumque dignitatis, gradus, conditionis et praeeminentiae, in praemissis et circa ea quomodolibet, et ex quavis causā, ratione et actione vel occasione, ius vel interesse habentes aut habere praetendentes, illis non consenserint, aut ad id vocati et auditi, et causae, propter quas eadem praesentes emanaverint, adductae, verificatae et iustificatae non fuerint, de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis seu invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut ius vel interesse habentium consensus¹, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato et inexcogitabili ac specifico et individuum mentionem et expressionem requirente defectu, sive etiam ex eo quod in praemissis, eorumque aliquo, solemnitates et quaevis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, a iure vel facto, aut statuto vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, ratione vel causā, etiam in corpore iuris clausā, occasione, aliāve causā, etiam quantumvis iustā, rationabili, legitimā, iuridicā, piā, privilegiatā, etiam tali quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostrā et aliis superius expressis nullibi appareret seu aliās probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in ius vel controversiam vocari, aut ad terminos iuris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam et terminos

¹ Male edit. Main. legit *consensu* (R. T.).

iuris, aut aliud quodcumque iuris, facti, vel gratiae vel iustitiae remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu simili concessio aut impetrato vel emanato, uti seu se iuvare in iudicio vel extra posse; neque ipsas praesentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per nos et successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, et Sedem Apostolicam praefatam, etiam motu, scientiā et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ex quibuslibet causis, et sub quibusvis verborum tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis ed decretis, etiamsi in eis de eisdem praesentibus earumque toto tenore ac datā specialis mentio fiat, pro tempore factis et concessis, ac faciendis et concedendis, comprehendere, sed, tamquam ad maius bonum tendentes, semper et omnino ab illis excipi, et, quoties illae emanabunt, toties in pristinum et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori datā, quandocumque eligendā, concessas esse et fore, sicque, et non aliās, in praemissis omnibus et singulis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, dictaeque Sedis nuncios, ac alios quoscumque, quavis auctoritate, potestate, praerogativā et privilegio ac honore et praeeminentiā fungentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, in quocumque iudicio et in quacumque instantiā iudicari et desiniri debere; et, si secus

super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Contrariorum derogatio.

§ 14. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostrā et Cancellariae Apostolicae regulā de iure quaesito non tollendo, aliisque in contrarium praemissorum editis vel edendis, etiam in synodalibus provincialibus universalibusque conciliis, specialibus vel generalibus, ac, quatenus opus sit, etiam illae Pauli Papae II similiter praedecessoris nostri de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac antiquae cathedralis ecclesiae Ulyssiponensis aliarumque ecclesiarum et aliorum locorum piorum antiquae dioecesis Ulyssiponensis, etiam iuramento, confirmatione apostolicā, vel quavis firmitate aliā roboratis, statutis, eorumque reformationibus et novis additionibus, stylis, usibus et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis, illis eorumque superioribus et personis, ac locis quibuscumque, etiam specificā et expressā ac individua mentione dignis, sub quiscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis, in genere vel in specie, etiam motu pari, ac consistorialiter, aut aliās quomodolibet, etiam iteratis vicibus, in contrarium praemissorum concessis, approbatis, confirmatis et innovatis, etiamsi in eis caveatur expresse, quod illis per quascumque litteras apostolicas etiam motu simili pro tempore concessas, quascumque etiam derogatoriis derogatorias in se continentes, derogari non possit, neque censeatur eis derogatum; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specia-

lis, specifica et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut quaecumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium et singulorum tenores, formas et causas, etiam quantumvis praegnantibus, piis et privilegiatis, praesentibus pro plene et sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, insertis, expressis et specificatis habentes, illis aliās in suo robore permansuris, ad praemissorum omnium validissimum effectum, hac vice duntaxat, latissime et plenissime, ac sufficienter, necnon specialiter et expresse, motu, scientiā et potestatis plenitudine similibus, harum serie derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 15. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri motus proprii, ac divisionis, assignationis, erectionis, institutionis, concessionis, indulti, reservationis, declarationis, mandati, voluntatis, decreti et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnationis dominicae MDCCXVI, VII idus novembris, pontificatus nostri anno XVI.

Dat. die 7 novembris 1716, pontif. anno XVI.

CCXXXVI.

*Suspenduntur, ad Sanctitatis Suae beneplacitum, privilegia omnia a Sanctā Sede facultati sacrae theologiae Parisiensis concessa*¹.

¹ Innocentii XII const. ed. MDCXCIV, die 27 aprilis, pontif. III, confirmata fuere privilegia

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Exortium a studio Romanorum Pontificum erigendi collegia ac universitates, easque privilegiis ornandi.

Circumspecta Romanorum Pontificum providentia, e sublimi universae domus Dei speculâ longe lateque prospiciens quantam catholicae Ecclesiae utilitatem atque ornamentum afferant sacrarum eisque ancillantium bonarum litterarum studia, per quae, depulsâ ignorantiae caligine, hominum mentes luce veritatis illustrantur, ut ad ea christifideles vehementius incenderet adiuveretque, scholas pluribus in locis instituere, doctorum hominum collegia excitare, necnon studiorum generalium universitates erigere consuevit, ubi sanâ fidei doctrinâ optimisque morum praeceptis atque institutis imbuedae iuventuti daretur opera, simul vero contra deterrima haeresum monstra, veluti armamentaria constituerentur, unde episcopi, qui in partem pastoralis sollicitudinis vocati sunt, ad suos greges tuendos arma capere atque expedire facile possent. Ubi vero saluberrima haec laudabilium disciplinarum gymnasia, vel eorumdem episcoporum curâ, vel principum liberalitate, vel etiam privatorum largitorum beneficentiâ, condita fuisse cognovit, novis ea proventibus auxit, gratiis et privilegiis decoravit, aliisque apostolicae benignitatis muneribus, prout in Domino censuit, prosecuta est.

Universitati Sorbonae plura privilegia concessa fuere, eaque in Sanctae Sedis clientelam suscepta.

§ 1. Hinc plures ex iisdem Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, quibus compertum erat celeberrimam universitatem studii generalis Parisiensis, in eaque praecipuè sacrae theologiae facultatem, adeo in dies magis florere praestanti ingenio eximiâque doctrinâ viris, ut ad eos audiendos e collegii Scotorum Parisiensis, et huius Pontificis const. ed. MDCCXXI, die 19 martii, pontif. I, confirmantur privilegia universitatis Urbinae.

remotissimis etiam regionibus ingens undique discipulorum multitudo conflueret, tanto quoque erga Apostolicam Sedem cultu et veneratione commendari, ut hoc potissimum nomine excellere gloriaretur, eam maximis hisce virtutum laudibus ornatam in suam et beati Petri peculiarem clientelam susceperunt, datis ac saepius confirmatis immunitatibus et exemptionibus ab aliâ quacunque ecclesiasticâ iurisdictione liberam esse voluerunt, aliisque insuper quam plurimis gratiis ac favoribus cumularent, quemadmodum ex pluries editis, innovatisque a multis retro saeculis eâ de re apostolicis litteris aperte dignoscitur. Quin etiam haud semel facultatem eandem, variis aerumnarum acerbitatibus molestiisque conflictatam, in huius omnium fidelium matris Ecclesiae sinum confugientem, eiusque praesidium humiliter implorantem, patrocinio munire, necnon paternâ salutarique severitate in eos, qui in alium eidem pararent, animadvertere consueverunt.

§ 2. Haec dum nobiscum animo reputamus, eo graviore doloris ictu percussi sumus, cum, frequentibus litteris et sanâ ubique gentium cum incredibili fidelium scandalo diffusâ, ad apostolatus nostri notitiam pervenit, quod, postquam aliâs, videlicet mense martio anni MDCCXIV, in lucem prodierat decretum quoddam nomine dictae facultatis promulgatum, ac publicis litteris consignatum, per quod testatum omnibus fiebat eandem facultatem die quintâ eiusdem mensis martii constitutionem nostram, quae incipit *Unigenitus Dei filius, etc.*, anno Incarnationis dominicae MDCCXIII, sexto idus septembris, a nobis editam, summâ cum reverentiâ atque obsequio recepisse, ac in suas tabulas referri iussisse, ut ab omnibus et singulis magistris, doctoribus, baccalaureis

Decretum dictae universitatis contra reprobationem Bullae *Unigenitus*.

et candidatis suis pari obsequio cole-retur et observaretur, non ita pridem nonnulli praedictae facultatis doctores, maiorem forsâ sed certe minime sanioreni sui coetus partem constituentes, non minus antiquae eiusdem coetus gloriae perpetuaeque in hanc Sanctam Sedem observantiae, quam insignium ab eâ ipsi universitati collatorum beneficiorum ac privilegiorum immemores, quinimo ipsius etiam sui doctoratus gradus, quo apostolicâ auctoritate donati fuerunt, prorsus obliti, nullâ famae reverentiâ, nullâ demum illius iurisiurandi quo in consortium dictae facultatis cooptati, initio omnium actuum, se nihil unquam dicturos scripturosque quod pontificiis decretis repugnaret, diserte sponderunt, religione commoti, frustra reclamantibus aliis bonam causam strenue tuentibus, eò impudentiae processerunt, ut decretum supradictum falsum, adulterinum, commentariis eradendum esse declaraverint; non obscure, sic agendo, ostendentes, se aut debitam memoratae constitutioni nostrae obedientiam praestare contumaciter nolle, quippe quam se nunquam praestitisse acerrime contenderunt, aut verius ab eâ, quam pro muneris sui debito praestiterunt, turpiter descivisse; utcumque vero se res habuerit, semper a maiorum suorum, quos religionis non minus quam sapientiae claritas commendavit, vestigiis aberrasse, qui videlicet, ab ipsis scholae Parisiensis exordiis, Apostolicae Sedis reges accipere, suarum confirmationem expectare, oracula petere, iudicia subire, decretis obtemperare, poenas exequi, sanctionibus acquiescere, verbis factisque toties professi sunt, maximoque sibi honori inconcussâ devotione duxerunt, prout ex ipsius universitatis tabulis et publicis etiam documentis constare notum est. Ad haec,

inquietae homines praefati minime veriti sunt, tum privatis colloquutionibus, tum publicis etiam toto suorum adstante conventu habitis sermonibus, moderno praesertim syndico viam aberrantium praeunte, praedictam constitutionem nostram multiformiter impetere atque proscindere, necnon clarissimos collegas suos a veritatis semitâ non recedentes, adeoque ab eis dissentientes, quos non paucos divina providentia ad reprobatorum contumeliam servare voluit, plurimum divexare, perinde ac si morem Apostolicae Sedi gerendo gravi aliquo se crimine commaculassent. Praeterea nonnullorum venerabilium fratrum Galliae episcoporum decreta, quibus a perversâ eiusmodi ipsorum agendi ratione sese abhorreere palam edixerant, abiudicare et despiciere, quin etiam publice impugnare non erubuerunt; quod utique ingenti animum nostrum moerore confodit, quippe qui, in summo episcopatus vertice a Domino constituti, episcopalem in primis auctoritatem dignitatemque defendere omnino tenemur, idque maxime Ecclesiae Dei, maxime etiam religionis intersit.

§ 3. Multa haec et tam gravia mala cum iamdiu invaluerint, nos tamen, ut amantissimus pater, quem delirantium filiorum miseret, in patientiâ et longanimitate diutius, quoad fieri potuit, expectandum existimavimus, an forte filii isti desertores, conscientiam commisi sceleris, aut saltem verecundiam, ad se sponte redirent, vel alieno tandem impulsu atque operâ revocarentur. Verum, cum videamus lenitate nostrâ morbum quotidie magis magisque ingravescere, ne poenas a nobis neglectae curationis repetat supremus Ecclesiae auctor ac vindex, salubri aliquo canonicae severitatis remedio vulnus istud tractandum

Causa in qua suspensus.

1 Edit. Main. legit *abiudicare* (n. T.).

suscipimus, ut, quod plane cupimus, cicatricem ducat et praevaricatores revertantur ad cor; parati profecto, si secus accidat, quod absit, ulcisci omnem inobedientiam, et, iuxta traditam nobis a Domino potestatem, ad ulteriora procedere. Specialem itaque curam eiusdem Parisiensis scholae sub immediatâ B. Petri protectione a tot saeculis, ut praefertur susceptae, nobis et eidem Apostolicae Sedi retinentes (neque enim boni pastoris est infirmas oves deserere, sed vigilantius custodire) ut illius bono, ut¹ utilitati salubrius et efficacius consulamus, simulque animo reputantes reliquas omnes gratias, quibus ipsa sacrae theologiae facultas a Sede praedictâ cumulatissime ornata fuit, ob tot ac tanta, ut praefertur, in eâ perperam gesta, iam non in Fidei favorem, Ecclesiae decus, episcoporum adiumentum, fideliumque aedificationem, ut mens profecto concedentium fuerat, sed in errorum potius fomentum, memoratae Sedis iniuriam, atque episcopalis dignitatis imminutionem fore cessuras, omnium et singulorum privilegiorum, facultatum, gratiarum et indultorum dictae facultati theologiae Parisiensi a quibuscumque Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris concessorum litterarumque apostolicarum tam sub plumbo quam in simili formâ Brevis ab eis desuper emanatarum tenores et datas, etiam veriores, aliaque omnia et singula, etiam specificam et individuum mentionem et expressionem requirentia, praesentibus pro plene et sufficienter ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis et expressis ac specificatis habentes, de nonnullorum venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium super hac re specialiter a nobis deputatorum consilio, omnia et singula privilegia

¹ Forsan legendum bono et (n. r.).

(praefato immediate subiectionis huic Sanctae Sedi dumtaxat excepto), immunitates, libertates, praerogativas, facultates, indulgentias, gratias et indulta quaecumque, sive a nobis sive a quibusvis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris praedictae facultati theologiae Parisiensi, sive eius doctoribus, magistris, decano, syndico, aliisque ministris, officialibus et personis quibuscumque, tam coniunctim quam divisim, quandocumque, quomodocumque et ex quacumque causâ concessa, ac etiam pluries confirmata et innovata, auctoritate apostolicâ, tenore praesentium, ad nostrum et dictae Sedis beneplacitum suspendimus, ac suspensa esse et fore decernimus et declaramus. Neminem propterea in posterum, eiusmodi suspensione durante, ad magisterii seu doctoratus, licentiae, baccalaureatus, seu quemvis alium gradum in eadem facultate per cancellarium supradictae universitatis, sive alium ipsius facultatis ministrum seu officialem quemcumque, promoveri, eidemque facultati aggregari ullo modo posse; nec, ita forte promotum seu aggregatum, a nobis et Sede praedictâ, eiusve officialibus et ministris, aut a quovis alio praelato ecclesiastico saeculari vel regulari, eorumve pariter officialibus et ministris ubique gentium existentibus, ullo modo admitti debere; neque demum, praefatorum graduum vigore, ad quasvis ecclesias, dignitates, beneficia aliaque munera ecclesiastica, gradus huiusmodi requirentia, idoneum ceneri, aut ad illa recipi quoquomodo posse, auctoritate et tenore praedictis similiter declaramus. Ceterum, quia Romani Pontificis, aequi bonique supremi assertoris, est iustitiae limites non praetergredi, ne videamur virgam peccatorum relinquere super sortem iustorum, magistros omnes, doctores, bac-

Suspensio privilegiorum quod contradicitorum tantum.

calaureos, aliosque quocumque nomine nuncupatos supradictae facultatis alumnos, qui praedictae constitutioni nostrae debitam obedientiam praestiterunt, aut in futurum praestiterint, praesenti gratiarum et privilegiorum suspensione minime affici volumus, perinde ac si quoad illos eadem praesentes litterae prorsus non emanassent. Quinimo eosdem, ut veros obedientiae filios, ac germanos egregiae facultatis alumnos, paternae charitatis sinu complectentes, hortamur in Domino, ut, apostolicum illud sedulo cogitantes: *Si quid patimini propter iustitiam, beati*, in suscepto tuendae sanae doctrinae proposito gloriosâ stabilitate perseverent, quodque vere christiani doctoris est, eos, qui contradicunt, arguere, pro traditâ sibi a Domino sapientiâ, non vereantur; certi divinam sibi retributionem atque huius Sanctae Sedis protectionem et gratiam minime defuturam.

Clausulae.

§ 4. Decernentes pariter, ipsas praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab illis, ad quos quovis modo spectat et spectabit in futurum, in omnibus et per omnia inviolabiliter et inconcusse observari, sicque per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, ubique iudicari et definiri debere, sublatâ eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, ac irritum et inane esse si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Transumptum fides.

§ 5. Volumus autem ut earumdem praesentium litterarum transumptis, etc.¹

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XVIII novembris, 1716.

vembris MDCCXVI, pontificatus nostri anno XVI.

Dat. die 18 novembris 1716, pontif. anno XVI.

CCXXXVII.

Confirmatur decretum Congregationis episcoporum et regularium approbans decretum capituli fratrum Praedicatorum provinciae Portugaliae super immoderatis expensis fieri solitis a monialibus in earum officiis¹.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

§ 1. Nuper, pro parte dilectorum filiorum Dominici a S. Thoma vicarii generalis et defensorum capituli provinciae Portugalliae Ordinis fratrum Praedicatorum, Congregationi venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositae exposito, quod, cum ipsi mature considerassent damnum ac scandalum, quod ex causâ immoderatarum expensarum, quae per moniales eiusdem Ordinis in ipsarum officiis, ultra id eis permissum, fieri solebant, oriebatur, in eorum capitulo anno MDCCXIV celebrato prohibuerant, sub poenâ excommunicationis maioris ab ipsis monialibus incurrendâ, ne ipsae plus illo, quod per eas in eorumdem officiorum exercitio, excepto tamen illo sacristanae, quoad expensas ad cultum divinum spectantes, viginti ab illinc annis impendebatur, erogarent, et alias, prout in decreto dicti capituli, ab iisdem exponen-

Epitome decreti capituli provincialis MDCCXIV celebrati.

¹ Innocentii XI constit. edit. MDCLXXXV, die 22 februarii, pontif. IX, confirmatae fuere constitutiones monialium reollectarum SS. Trinitatis in Hispaniâ; et Benedicti XIII constit. edit. MDCCXXVIII, die XIX septembris, pontif. IV, prohibentur monialibus S. Radegundae Mediolanensis musici concentus figurati.

tibus die xxiv aprilis eiusdem anni subscripto, tenoris sequentis, videlicet:

Decretum praedictum quo prohibetur sub maiori excommunicatione exco-
municari eos qui solitas viginti ab hinc annis.

Fr. Domenico di S. Tommaso, maestro in sacra teologia, consultore di sant'Officio, e vicario generale di questa provincia di Portogallo, con li padri definitori del capitolo celebrato in quest'anno mdccxiv. Havendo noi considerato li perniciosi effetti che nascono di spendere le monache nelli loro officii più di quello che possono e che si costumava, senza riguardo al voto della povertà, e con scandalo de' secolari, ed altri danni, alli quali dobbiamo dar rimedio, comandiamo, sotto precetto formale e di scomunica maggiore ipso facto incurrenda, che veruna religiosa di questa nostra provincia spenda nelli officii più di quello che si costumava spendere venti anni sono, per il che non gli sia sufficiente pretesto ricevere dalli loro padri o parenti ed amici quello che vorrebbero spendere di più, eccettuato però nell'officio e carica di sagrestana per quello appartiene al culto divino, e sotto il medesimo precetto e censura comandiamo alle superiori che facciano osservare questa disposizione e ordine, e sappiano non essere eccettuate dalla medesima legge per quello appartiene a' loro officii. Dato in questo nostro convento di S. Domenico di Lisbona, li xxvi aprile mdccxiv. — Fr. DOMENICO di S. Tommaso, priore e vicario generale; fr. GALUTO, maestro e definitore; Fr. EMMANUELE DE AGUIAR, maestro e definitore; Fr. GIOVANNI DI S. MARIA; dottore e definitore; Fr. ANTONIO DE SACRAMENTO, dottore e definitore. — Registrat. fol. 102. — Fr. GIO. DI S. ALBERTO, segretario e complimentario. Loco † sigilli.

Petitur praedicti decreti confirmatio.

Ideoque pro parte dictorum exponentium eidem Congregationi cardinalium supplicato ut praedictum decretum, sub eisdem censuris vel privationis vocis activae et passivae poenis Sedi Apostolicae vel praedictae Congregationi cardinalium reservatis, confirmaret, prohibendo insuper, ne ullus superior regularis, nec quidem noster et pro tempore existens nuncius apostolicus in illis partibus, super praemissis, nisi id ei a Sede

praedicta permissum fuisset, dispensare valeret: emanavit, ad eorundem exponentium supplicationem, a praedicta Congregatione cardinalium decretum tenoris sequentis, videlicet:

Sacra Congregatio eminentissimorum et reverendissimorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praeposita, audita relatione nuncii apostolici Ulyssipone residentis, ac attentis narratis, praefatum capitulare decretum patris vicarii generalis et definitorum Ordinis Praedicatorum in omni sua parte benigne approbavit et confirmavit, et moderno patri provinciali provinciae Portugalliensis eiusque pro tempore successoribus iniungit, ut pro omnimoda illius observantia invigilent. — Romae xxv septembris mdccxvi. — F. cardinalis DE ABDUA. — R. archiepiscopus Damascenus.

§ 2. Cum autem, sicut pro parte eorundem exponentium nobis nuper expositum fuit, ipsi secundodictum decretum huiusmodi, quo firmiter subsistat, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desiderent: nos, specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, praeinsertum praefatae Congregationis cardinalium decretum, auctoritate apostolica, tenore praesentium, approbamus et confirmamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robor adiciamus, salva tamen semper in praemissis auctoritate dictae Congregationis cardinalium. Decernentes, ipsas praesentes

Decretum Congregationis confirmans recensitum decretum

Confirmatio relati decreti.

litteras semper firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat et pro tempore spectabit, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscunque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, iudicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quocunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§ 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac, quatenus opus sit, provinciae et Ordinis praedictorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis; quibus omnibus et singulis, etc.¹, derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xii decembris mdccxvi, pontificatus nostri anno xvii.

Dat. die 17 decembris 1716, pontif. anno xvii.

CCXXXVIII.

Declaratur nulla postulatio de principe Ernesto acatholico in episcopum Osnabrugensem facta a capitulo et canonicis, cum quibusdam ordinationibus².

¹ Reliqua ut supra pag. 703 a (R. T.).

² Constit. edit. mdccix, die 24 augusti, pontificatus ix, nulla declarata fuit electio gubernatoris ecclesiae Abulensis; constit. edit. mdccxvii, die xxii ianuarii, pontif. xvii, conceditur nuncio Hispaniae facultas absolvendi a censuris; Bene-

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

§ 1. Non sine animi nostri molestia, vel potius horrore, novissime nobis innotuit, quod aliam, videlicet postquam bonae memoriae Carolus a Lotharingia, dum vixit, electus Trevirensis, S. R. I. princeps elector, necnon ecclesiae Osnabrugensis administrator, debitum naturae persolverat, capitulum et canonici eiusdem Osnabrugensis ecclesiae, ad quos, occurrente eius vacatione, electio personae idoneae illi ad electionem huiusmodi per Romanum Pontificem pro tempore existentem praeficiendae, iuxta concordata dudum inter Sedem Apostolicam et inclutam nationem Germanicam inita, spectare dignoscitur, pro futuro episcopi electione die ad id praefixa convenientes in unum, non modo sacrarum legum, sed sui etiam officii, imo et ipsius, quam profitentur, orthodoxae religionis prorsus immemores, novo et hactenus inter catholicos inaudito detestandoque exemplo, principem Ernestum Augustum e Brunswicensi ac Lunenburgensi domo notorium acatholicum, caelesti ad id Sancti Spiritus ope sacrilege invocata, in episcopum memoratae Osnabrugensis ecclesiae concordibus suffragiis postulare non erubuerunt, et mox illius postulationem solemniter, et maiori qua fieri potuit celebritate, in sacrosanctae et individuae Trinitatis nomine, temere promulgarunt. Deinde vero, iuxta illud Prophetiae, *multipliarunt altaria ad peccandum, factaeque sunt eis arae ipsae in delictum*, cum, propemodum servire facientes Dominum in peccatis suis, de huiusmodi exe-

Post mortem administratoris dicitur ecclesiae princeps acatholicus postulatus fuisse in episcopum a capitulo absque ulla iusta causa.

dicti XIII constit. edit. mdccxxv, die 21 februarii, pontif. i, nulla declaratur electio episcopi Ultraiectini; et constit. edit. mdccxxvi, die 8 iulii, pontif. iii, agitur de punitione canonice cathedralis Papiensis.

crando scelere, quod patrarunt, omnipotenti Deo publicas in ecclesiâ gratias agere hymnumque cantare de canticis Sion veriti nequaquam fuerunt. Quae omnia quanto cum catholicorum moerore ac offensione, quantâque ex opposito cum heterodoxorum exultatione ac triumpho contigerint, nemo est qui ignoret. Neque enim capitulum et canonici praedicti ad tanti facinoris iniquitatem ac turpitudinem obtegendam causari poterant malorum metum sibi et ecclesiae ceteroqui impendentium; illorum quippe in cordibus fervere debebat charitas Christi, quae foras mittit timorem; aut, si quid illis timendum erat, id unum timere debebant, ne apud Deum et homines redargui iure possent, ecclesiae dignitati, loco et honori suo, ac debitae sacris legibus reverentiae turpiter defuisse.

Causa sequens declaratio.

§ 2. Porro, quamvis explorati iuris sit, hac occasione gesta seu verius attentata ab eisdem capitulo et canonicis, tamquam sacris sanctionibus, oecumenicis conciliis, apostolicis constitutionibus, imo et ipsius catholicae religionis principiis aperte refragantia, fuisse ac esse per se manifesto irrita, inania, invalida, nulliusque prorsus roboris ac momenti, adeoque speciali improbatione et cassatione nostrâ nequaquam indigere; nihilominus nos, qui aequi bonique ac quorumcumque ecclesiasticorum iurium supremi assertores in terris a Domino constituti sumus, simulque omnium ecclesiarum ac christifidelium curam et sollicitudinem supernâ dispositione gerimus, catholicae fidei, divino cultui, animarum saluti praefataeque potissimum ecclesiae Osnabrugensis iurium indemnitati, quantum nobis ex alto conceditur, prospicere cupientes, necnon omnium et singulorum, quae in praemissis seu illorum occasione quovis

modo acta et gesta fuerunt, seriem, causas et circumstantias etiam aggravantes, aliave quaecumque, etiam specificam et individuum mentionem ac expressionem requirentia, praesentibus pro plene et sufficienter expressis ac exacte specificatis habentes, motu proprio, et ex certâ scientiâ ac maturâ deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praenarratum antedicti principis Ernesti Augusti postulationem ad ecclesiam Osnabrugensem, a capitulo et canonicis supradictis factam et publicatam ut praefertur, aliaque omnia et singula, tam ab ipsis capitulo et canonicis, quam a memorato principe Ernesto Augusto, postulationis huiusmodi vigore seu praetextu, per se vel alios quoscumque, etiam specificâ et individua mentione et expressione dignos, in praemissis vel circa ea quomodocumque et qualitercumque acta, facta, gesta, mandata, decreta, ordinata vel disposita, ac forsitan in futurum (quod Deus avertat) agenda, gerenda, facienda, mandanda, decernenda et ordinanda, cum omnibus et singulis inde quovis modo secutis et quandocumque secuturis, ipso iure nullâ, invalida, inania, irrita, temeraria, iniqua, iniusta, damnata, reprobata, viribusque ac effectu penitus et omnino vacua ab ipso initio fuisse, et esse, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri; imo nec illa ullatenus a quoquam observari potuisse ac debuisse aut posse et debere, neque ex illis cuiquam aliquod ius vel actionem, aut titulum, etiam coloratum, aut possidendi seu quasi possidendi vel praescribendi causam acquisitam vel acquisitum fuisse vel esse, aut quandocumque acquiri vel competere posse, neque illa ullum statum facere vel fecisse, sed, perinde ac si nunquam emanassent nec facta fuis-

Declaratio ut in rubrica.

sent, pro non extantibus et non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore praesentium decernimus et declaramus. Et nihilominus, ad abundantiorem cautelam, et quatenus opus sit, illa omnia et singula, motu, scientiâ, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus, tamquam catholicae fidei, divino cultui, animarum saluti, ecclesiaeque Osnabrugensis iuribus praeiudicialia, et sacris sanctionibus ac apostolicis constitutionibus adversantia, harum serie improbamus, rescindimus, damnamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus et abolemus, viribusque ac effectu penitus et omnino vacuumus, et contra illa, deque eorum nullitate, coram Deo protestamur; necnon praedictam Osnabrugensem ecclesiam ut prius vacantem declaramus pariter ac pronunciamus, et pro vacanti ab omnibus haberi volumus et mandamus.

Ioiungitur nuncio apostolico, ut declaret canonicos incurrisse in censuras et poenas, ab hisque absolvendi super irregularitate dispensandi, et ad omnia rehabilitandi facultas conceditur.

§ 3. Praeterea venerabili fratri Hieronymo archiepiscopo Tarsensi, nostro et huius Sanctae Sedis ad tractum Rheni et partes inferioris Germaniae nuncio, earumdem tenore praesentium iniungimus, ut praedictis capitulo et canonicis Osnabrugensis ecclesiae incunctanter denunciaret, eos propter praemissa incidisse in censuras et poenas a sacris canonibus et apostolicis constitutionibus contra talia perpetrantes inflictas, illosque propterea serio moneat ut propriae conscientiae securitati quamprimum consulant. Quod quidem si fecerint, suoque agnito excessu, verac poenitentiae signa ostenderint, nos, iuxta eiusdem Sedis morem quae tamquam pia mater recurrentibus post lapsum cum humilitate sibi se propitiâ exhibere solet et benignam, eidem Hieronymo archiepiscopo et nuncio per ipsas praesentes committimus et mandamus, ut quoscumque ex illis, qui eadem praemissa perege-

runt, seu aliâs in eis quovis modo culpabiles fuerunt, ad se recurrentes, ac de praemissis huiusmodi dolentes, si hoc ab illo humiliter petierint, et factâ prius per eos declaratione quod ipsi praesentibus litteris ac omnibus et singulis, quae in illis continentur, plenâ, sincerâ ac debitâ obedientiâ in omnibus et per omnia se submitunt, necnon factâ itidem promissione quod in futurum a similibus abstinebunt, et, quidquid eis ulterius praescriptum aut iniunctum fuerit, priusquam infrascriptae absolutionis beneficium obtineant, observabunt et adimplebunt, a censuris et poenis ecclesiasticis quibuslibet, quas propter eadem praemissa quovis modo incurrerunt, seu incurrisse dici, censerî, vel praetendi possent, iniunctâ cuique pro modo culpae poenitentia salutari, et aliis, quae de iure fuerint iniungenda, similiter iniunctis, in utroque foro auctoritate nostrâ apostolicâ in formâ Ecclesiae consuetâ absolvat et totaliter liberet, dictasque poenas eis et eorum cuilibet gratiose remittat et condonet, ac cum illis super irregularitate per eos, qui, a censuris huiusmodi propter praemissa innodati, missas et alia divina officia (non tamen in contemptum clavium) forsitan celebrarunt, seu aliâs in suis ordinibus ministrarunt, quomodolibet contractâ, ad quemcumque effectum in utroque pariter foro dispenset; ipsosque et eorum quemlibet ad famam, gradus, dignitates, necnon beneficia et officia ecclesiastica quaecumque, ceteroqui tamen canonice per eos obtenta, ac aliâs in pristinum et eum, in quo antea quomodolibet erant, statum adversus eadem praemissa rehabilitet, restituat, reponat et plenarie reintegret: nos enim quamcumque necessariam et opportunam ad haec facultatem, quam etiam aliis, prout sibi opportunum vi-

debitur, communicare et subdelegare valeat, eidem Hieronymo archiepiscopo et nuncio harum serie auctoritate praedicta tribuimus et impertimur.

Clausulae. § 3. Decernentes etiam, easdem praesentes litteras, etc.¹

Contrarium derogatio. § 4. Non obstantibus praemissis, ac apostolicis et in universalibus provincialibusque et synodalibus conciliis editis, generalibus vel specialibus, constitutionibus et ordinationibus, ac, quatenus opus sit, nostram et Cancellariae Apostolicae regulam de iure quaesito non tollendo, legibus quoque etiam imperialibus et municipalibus, necnon praedictae ecclesiae Osnabrugensis, et aliis quibusvis, etiam iuramento, etc.²

Fides transumptorum. § 5. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis, etc.³

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xvii decembris mcccxvi, pontificatus nostri anno xvii.

Concessa fuit praedicta absolutio a diversis subdelegatis quatuordecim canonicis, raris temporibus. Promulgato in illis partibus, ac alibi, praedicto Brevis apostolico, statim ac eius tenor capitulo et canonicis cathedralis ecclesiae Osnabrugensis innotuit, ipsisque insuper a domino nuncio apostolico ad tractum Rheni et alias inferioris Germaniae partes serio denunciatum fuit eos ob praemissa incidisse in censuras et poenas a sacris canonibus et apostolicis constitutionibus contra talia perpetrantes inflictas, illico iidem domini canonici, propriae conscientiae securitati consulere satagentes, absolutionem a praefatis censuris et poenis humiliter petierunt. Quocirca antedictus dominus nuncius apostolicus illorum supplicationi benigne annuens, ac utens facultate a summo Pontifice in memorato Brevis sibi attributa, subdelegavit ad hunc affectum dominum Hyacinthum Petit episcopum Heliopoliensem, ecclesiae Osnabrugensis suffraganeum, qui duodecim

¹ Vide supra pag. 609 b (R. T.).

² Vide supra, pag. 610 a et b (R. T.).

³ Reliqua ut pag. 704 a (R. T.).

ex praefatis canonicis id humiliter flagitante et facti poenitentes a censuris et poenis ecclesiasticis quibuslibet, in quas propter praemissa quomodocumque incurrerant, auctoritate apostolica in utroque foro in forma Ecclesiae singillatim absolvit, iniuncta unicuique congrua poenitentia salutari, et exacta ab ipsis promissione quod in futurum a similibus abstinebunt, necnon super irregularitate per eos quomodolibet contracta in utroque pariter foro dispensavit, ac tandem illos ad famam, gradus, dignitates, beneficia et officia quaecumque ecclesiastica canonice obtenta restituit ac plenarie reintegravit infrascriptis diebus, videlicet i, xviii, xx et xxiii decembris anni mcccxviii, et iv, xx et xxiii ianuarii, ii et xxiv februarii, xiii aprilis, xxxi maii et i iulii anni mcccxix. Defuncto postmodum antedicto domino episcopo Heliopoliensi in eius locum dominus nuncius Coloniensis subrogavit reverendum patrem Octavianum Venlonensem guardianum fratrum Capucinatorum Cliviae, et dominum Teodorum L. B. a Wathendock, canonicum Osnabrugensem, qui eadem apostolica auctoritate alteri ex praefatis canonicis Osnabrugensibus absolutionem a censuris dispensationem super irregularitate, et reintegrationem ad officia et beneficia, ut supra, concesserunt die v octobris mcccxix. Denique idem dominus nuncius Coloniensis reverendo patri Petro Schmitman Societatis Iesu exprovinciali facultatem subdelegavit absolvendi, ut supra, alium canonicum Osnabrugensem, qui pariter iuxta modum cum aliis servatum rite absolutus fuit die xxii novembris mcccxix. Quatuordecim itaque canonici praefatae cathedralis Osnabrugensis ecclesiae absolutionem, dispensationem et reintegrationem ob praemissa humiliter petierunt ac obtinuerunt, ut supra, quemadmodum aperte constat ex authenticis instrumentis ea de re confectis, quae adiuncta et annexa singulis exemplis praelo editis antedicti Brevis a memorato domino nuncio apostolico ad Sanctitatem Suam transmissa fuere. Ea tamen hic inserere supervacaneum visum est, cum

¹ Edit. Main. legit reintegracione (R. T.).

omnia sub eadem formula concepta ac exacta sint. Unum nihilominus ad historiae fidem subiicietur, et est tenoris sequentis, videlicet:

Instrumentum absolutio- nis concessae uni canonico ab episcopo Heliopoliensi subdelegato. « Coram reverendissimo domino Hyacintho Petit episcopo Heliopoliensi Ordinis Carmelitarum ecclesiae Osnabrugensis suffraganeo, ab illustrissimo et reverendissimo domino archiepiscopo Tarsensi, sanctissimi domini nostri et sanctae Sedis Apostolicae ad tractum Rheni aliasque inferioris Germaniae partes nuncio, ad hunc casum specialiter subdelegato, meque notario infrascripto, comparuit reverendissimus et perillustis dominus N. N. ecclesiae Osnabrugensis canonicus, etc., et exposuit, quod alias, postquam bonae memoriae Carolus a Lotharingia, dum vixit, electus Trevirensis, S. R. I. princeps elector, necnon ecclesiae Osnabrugensis administrator, debitum naturae persolverat, capitulum et canonici eiusdem Osnabrugensis ecclesiae pro futuri episcopi electione die ad id praefixa convenientes in unum inaudito exemplo principem Ernestum Augustum e Brunswicensi ac Lunenburgensi domo acatholicum in episcopum memoratae Osnabrugensis ecclesiae concordibus suffragiis postulaverint; cum autem praedictus reverendissimus et perillustis dominus N. N. divina afflante misericordia in se reversus agnovit et agnoscat se ob concursum habitum cum ceteris canonicis in postulatione in episcopum supradicti principis acatholici, et in aliis actibus concomitanter subsecutis, incidisse in censuras et poenas a sacris canonibus et constitutionibus apostolicis sancitas, ac nuperrime de illarum incursum fuerit benigniter et misericorditer admonitus a sanctissimo domino nostro Papa Clemente XI per litteras in forma Brevis expeditas Romae apud S. Mariam Maiorem sub die xvii decembris mcccxvi: hinc est quod humiliter petit¹ absolvi a censuris et poenis quomodolibet ex causis praemissis incursum. Quibus precibus auditis per supradictum reverendissimum dominum episcopum Heliopoliensem ecclesiae Osnabrugensis suffraganeum, iniunxit eidem reverendissimo et per-

¹ Videtur legendum petit (R. T.).

illustri domino N. N. poenitenti ut faceret, prout fecit, declarationem quod ipse praerecensitis litteris in forma Brevis, ac omnibus et singulis quae in eis continentur, sinceram ac fidei obedientiam se submittit¹, et quod promitteret, prout promisit, quod in futurum a similibus abstinebit, et quod quidquid ei ulterius praescriptum et iniunctum fuerit, exacte observabit et exequetur. Quibus sic adimpletis, idem reverendissimus episcopus Heliopoliensis, ecclesiae Osnabrugensis suffraganeus, utendo in hac parte facultatibus sibi per dictum illustrissimum et reverendissimum dominum nuncium attributis, vigore specialis subdelegationis inferioris registrandae, eundem reverendissimum et perillustrem dominum N. N. genuflexum denuo humiliter instantem pro absoluteione a censuris et poenis ecclesiasticis quibuslibet, quas propter praemissa incurrit aut incurrisse praetendi posset, auctoritate apostolica sibi ut supra subdelegata in utroque foro in forma Ecclesiae consuetam absolvit et liberavit, iniungendo eidem, ut pro poenitentia salutari decem imperiales in pauperes erogaret, omnesque poenas ex relatis causis incursas eidem reverendissimo et perillustri domino N. N. poenitenti gratiose remisit ac condonavit, ac ulterius super irregularitate per eundem reverendissimum et perillustrem dominum N. N., quia² censuris huiusmodi ob praemissa innodatus divina officia (non tamen in contemptum clavium) forsitan celebravit, seu alias in suis ordinibus ministravit, quomodolibet contracta, ad quemcumque effectum in utroque pariter foro dispensavit, ipsumque ad famam, gradus, dignitates, necnon beneficia et officia quaecumque ecclesiastica per eum canonice obtenta rehabilitavit, restituit et plenarie reintegravit. Quibus ita adamussim peractis, saepememoratus reverendissimus episcopus Heliopoliensis, dictae ecclesiae Osnabrugensis suffraganeus, iniunxit mihi supra recensito et infrascripto notario, ut de praemissis publicum conficerem instrumentum regi-

¹ Forsan legendum se submitteret, prout se submitit (R. T.).

² Edit. Main. legit qui pro quia (R. T.).

strandum, prout registravi, in pede annexi exemplaris Brevis impressi ad perpetuam rei memoriam ».

« Tenor autem subdelegationis factae per supradictam illustrissimum et reverendissimum dominum nuncium in personam pluries memorati reverendissimi suffraganei ecclesiae Osnabrugensis est prout sequitur, videlicet :

Subdelegatio memorati episcopi facta. « Hieronymus, Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopus Tarsensis, sanctissimi domini nostri domini Clementis divina providentia Papae XI praelatus domesticus et assistens, eiusdemque ac dictae sanctae Sedis Apostolicae ad tractum Rheni aliasque inferioris Germaniae partes cum potestate legati de latere nuncius, reverendissimo domino Hyacintho Petit episcopo Heliopoliensi Ordinis Carmelitarum ecclesiae Osnabrugensis suffraganeo salutem.

« Noverit reverendissima dominatio tua fuisse ad nos transmissas litteras apostolicas in formam Brevis (annexae sunt eae huic instrumento) ad quarum litterarum apostolicarum executionem procedere, et ea, quae nobis a sanctissimo domino nostro commissa fuerunt, prout tenemur, adimplere volentes, de integritate, zelo, prudentia et doctrina, quibus reverendissimam dominationem tuam insignitam novimus, plurimum in Domino confisi, vigore facultatum nobis in praesertito Brevis hac in parte concessarum, nos, praedictus Hieronymus archiepiscopus Tarsensis, reverendissimae dominationi tuae per praesentes committimus, ut omnibus et singulis canonicis Osnabrugensis ecclesiae catholicam fidem profitentibus, vel quibuscumque aliis, qui de excessibus in supradicto Brevis expressis quoquomodo culpabiles sese reverendissimae dominationi tuae denunciarint, ac propterea humiliter absolutionis beneficium a censuris praemissis de causis incursis imploraverint, factam prius per eos vel quemlibet eorum declaratione, quod ipsi praememorati Brevis, ac omnibus et singulis quae in eo continentur, sinceram ac debitam obedientiam in omnibus et per omnia se submitunt, ac factam itidem promissione, quod in futurum a similibus abstinebunt,

¹ Edit. Main. legit praememorati (R. T.).

et quidquid eis ulterius iniunctum fuerit, observabunt et adimplebunt, a censuris et poenis ecclesiasticis quibuslibet, quas propter eadem praemissa quovis modo incurrerunt, seu incurrere dici, censi aut praetendi possent, iniunctam cuique pro modo culpae poenitentiam salutari, in utroque foro, auctoritate apostolica nobis ut praefertur a Sanctissimo delegata, in formam Ecclesiae consuetam absolvat et totaliter liberet, dictasque poenas eis et eorum cuilibet gratiose remittat, condonet, ac cum illis super irregularitate per eos, quia censuris huiusmodi propter praemissa innodati missas et alia divina officia (non tamen in contemptum clavium) forsitan celebrarunt, aut alias in suis ordinibus ministrarunt, quomodolibet contractam, ad quemcumque effectum, in utroque pariter foro dispenset, ipsosque, et eorum quemlibet, ad famam, gradus et dignitates, necnon beneficia et officia ecclesiastica quaecumque per eos canonice obtenta rehabilitet, restituat et plenarie reintegret. Iniungimus praeterea reverendissimae dominationi tuae, ut, tam de adimplemento conditionum, quod, ut praemisimus, praecedere debet absolutionem eorum qui in praefatis excessibus se culpabiles accusaverint, quam de ipso effectivo actu absolutionis eidem concessae, publicum per notarium aut cancellarium, ad id per reverendissimam dominationem tuam specialiter deputandum, mandes confici instrumentum registrandum in pede annexi exemplaris Brevis, quod ad nos postmodum in formam probanti transmittes. Datum Coloniae, xxx septembris MDCCXVIII, pontificatus sanctissimi domini nostri anno XVIII ».

Ita actum est 1 decembris MDCCXVIII.

HYACINTHUS episcopus Heliopoliensis, suffraganeus et vicarius generalis Osnabrugensis ad hoc subdelegatus, manu propria.

Loco † signi.

N. N. canonicus Osnabrugensis.

Loco † signi.

Actum coram me, ut supra, 1 decembris MDCCXVIII in curia episcopali illustrissimi et reverendissimi domini mei Hyacinthi episcopi

¹ Edit. Main. legit et pro ad (R. T.).

Heliopoliensis suffraganei et vicarii generalis Osnabrugensis ad hunc specialem casum subdelegati ab illustrissimo et reverendissimo domino domino archiepiscopo Tarsensi ad partes Rheni et Germaniae inferioris nuncio apostolico.

Loco † signi.

NATALIS DENNIS, notarius apostolicus iuratus, manu propria.

CCXXXIX.

Conceditur nuncio Hispaniarum facultas absolventi a censuris et poenis eos qui libertatem, immunitatem et iurisdictionem ecclesiasticam violarunt¹.

Venerabili fratri Pompeio archiepiscopo Neocesariensi, nostro et Apostolicae Sedis in Hispaniarum regnis nuncio,

Clemens, Papa XI.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Constitutio Clementis XI alias facta.

§ 1. Dudum a nobis emanarunt litterae in simili forma Brevis, tenoris qui sequitur, videlicet :

Clemens Papa XI, ad futuram rei memoriam. Alias ad apostolatus nostri, etc.²

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xvii^o octobris MDCCXI, pontificatus nostri anno xi.

Concessio nuncio apostolico facultatis absolventi petentis, servatis servandis, a censuris et poenis, dispensandi super irregularitate, et in statum primitivum restituendi.

§ 2. Cum autem, sicut nuper accepimus, plerique ex eis qui excessus in praesertito nostris litteris relatos sive eorum aliquem commiserunt, aut alias quoquomodo in illis culpabiles fuerunt, ad cor reversi, ac probe agnoscentes se propter praemissa censuras et poenas ecclesiasticas a sacris canonibus et

¹ Casus harum censurarum vide in constitutione, quae hic citatur; et Benedicti XIII constit. ed. MDCCXXVIII, die 17 maii, pontif. v, conceditur absolutio a quodam voto pro magistratu Pampilonensi.

² Reliqua vide supra pag. 450 b et seq. (R. T.).

³ Supra legitur XVII (R. T.).

constitutionibus apostolicis adversus similia perpetrantes damnabiliter incurrisse, absolutiones a censuris et poenis huiusmodi petere, ac, quicquid eis pro illa obtinenda praescriptum fuerit, exacte adimplere parati sint: nos, veterem Apostolicae Sedis morem, quae tamquam pia mater recurrentibus ad eam post excessum cum humilitate filiis propitiam se solet exhibere ac benignam, servare volentes, fraternitati tuae, de cuius fide, integritate ac prudentia plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus et mandamus, ut, si et postquam tibi constiterit super omnibus et singulis in praesertito libertatis, immunitatis et iurisdictionis ecclesiasticae, atque auctoritatis apostolicae quovis modo perpetratis, quae in praesertito litteris enunciantur, plene ac congrue, quemadmodum tibi significavimus, Ecclesiae et Sedi praedictae satisfactum fuisse, omnes et singulos praedictos, qui praemissa peregerunt, aut alias in illis quovis modo culpabiles fuerunt, sive laicos sive clericos, tam saeculares quam regulares, ad te recurrentes, cuiuscumque status, ordinis, gradus, dignitatis et conditionis existant, ac eorum quemlibet, si hoc a te humiliter petierint, et vera poenitentiae signa ostenderint, factaque prius per eos promissione quod in futurum a similibus abstinebunt, et, quicquid eis praescriptum et iniunctum fuerit, priusquam infrascriptae absolutionis beneficium obtineant, observabunt et adimplebunt, a censuris et poenis ecclesiasticis quibuslibet, quas propter eadem praemissa quovis modo incurrerunt, seu incurrere dici, censi vel praetendi possent, iniunctam cuique pro modo culpae poenitentiam salutari, et aliis, quae de iure fuerint iniungenda, iniunctis, in utroque foro, auctoritate nostra apostolica, absolvas et totaliter liberes,

dictasque poenas eis et eorum cuilibet gratiose remittas et condones, ac cum illis, qui clerici seu etiam presbyteri, imo et in episcopos consecrati fuerint, super irregularitate per eos, quia censuris huiusmodi propter eadem praemissa innodati missas seu alia divina officia (non tamen in contemptum clavium) celebrarunt, seu aliis in suis ordinibus ministrarunt, quomodolibet contracta, ad quemcumque effectum in utroque foro dispenses, ipsosque et eorum quemlibet ad famam, gradus, dignitates, necnon beneficia et officia ecclesiastica quaecumque ceteroqui tamen canonice per eos obtenta, aut aliis in pristinum et eum, in quo antea quomodolibet erant, statum et adversus eadem praemissa rehabilites, restituas, reponas et plenarie reintegres; nos enim tibi quamcumque necessariam et opportunam ad id facultatem, quam etiam aliis, prout tibi opportunum videbitur, communicare et subdelegare valeas, dicta auctoritate, harum serie, tribuimus et impertimur.

Contrarium defunctum.

§ 3. Non obstantibus litteris nostris praesertis, necnon omnibus et singulis illis, quae in eis volumus non obstare; ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XII Ianuarii MDCCXVII, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 12 Ianuarii 1717, pontif. anno XVII.

CCXL.

Confirmantur litterae patentes commissarii generalis Indiarum Occidentium Ordinis Minorum de Observantia de visitatore provinciae Chilensis.

1 Const. edit. MDCCXIII, die 16 Junii, pontif. XIII, concessum fuit suffragium superioribus cuiuscumque coenobii; constit. edit. MDCCXVII, die

**Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.**

§ 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Musillo, frater expresse professus ac custos et procurator provinciae Chilensis in Indiis Occidentalibus Ordinis Minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod aliis dilectus etiam filius Iosephus Sanz, commissarius generalis provinciarum earumdem Indiarum, ad parcendum innumeris expensis, quae pro visitoribus euntibus ad visitandos conventus supradictae provinciae Chilensis requiruntur, per suas patentes litteras desuper emanatas praecipit, ut in posterum non admittatur nec recipiatur in provincia huiusmodi aliquis visitor ex alia provincia, nisi solum ex illa Assumptionis beatae Mariae Virginis Tucumanis, prout continetur in ipsius Iosephi commissarii generalis litteris praedictis, tenoris qui sequitur, videlicet:

Frater Iosephus Sanz, Ordinis sancti patris nostri Francisci regularis observantiae lector iubilatus, examinatus synodalis archiepiscopi Toletani, theologus regis catholici in Immaculatae Conceptionis Deiparae congressu, exprovincialis provinciae Castellae, pater eiusdem et provinciarum Aragoniae et Cataloniae, ac commissarius generalis omnium Occidentalium Indiarum cum plenitudine potestatis, et servus, etc., reverendo patri provinciali et venerabili definitorio nostrae provinciae SS. Trinitatis de Chile, salutem et pacem in Domino nostro Iesu Christo, etc. Cum certiorati simus de excessivis expensis, quibus gravantur illae nostrae praefatae provinciae, quando reverendi patres visitores ad eas visitandas nominantur ex aliis longinquis provinciis, et quod

7 septembris, pontif. XVII, agitur de deputatione visitorum pro provincia fluminis Ianuarii; et Benedicti XIII const. edit. MDCCXIV, die 20 decembris, pontif. I, de visitatore pro provincia Tucumanis.

Species facti.

Litterae praedictae anno MDCCXV editae de recipiendos solo visitatore provinciae Assumptionis B. M. Tucumanis, vel commissario generali Peruviano.

sint illae gravissimae et magnae expensae indispensabiles et necessariae propter longissima itinera per regiones desertas, ut fiat transitus ex una ad alias provincias, ut experientia notum est; et cum, propter praefatae nostrae provinciae SS. Trinitatis paupertatem, nequeant fieri illae magnae expensae necessariae ad conducendum visitatores ex longinquis provinciis; nos propterea, desiderantes ut in praedicta nostra provincia evitentur tam graves sumptus seu expensae, necnon et adhaerendo constitutioni generali praecipiente eligi visitatores ex propinquiribus provinciis, ideoque virtute harum nostrarum litterarum, nostro nomine et propria manu subscriptarum (et quas sigillo maiori nostri officii sigillamus et per nostrum secretarium attestamus) praecipimus et ordinamus, ut deinceps non admittantur nec recipiantur in praefata nostra provincia aliquis visitor ex alia provincia, nisi solum ex illa Assumptionis Virginis Mariae Tucumanis quae proximior est, ut hoc modo occurratur damnis quae evenire possunt ob excessivas expensas, et ut observetur generalis constitutio nostri Ordinis; quapropter mandamus, ut, statim ac ipsae nostrae litterae patentes accipiantur in praefata nostra provincia, intimetur nostrum mandatum in eis contentum reverendo patri commissario generalis nostrarum provinciarum regni Peruani, ut de illo sit admonitus; cui insuper mandamus virtute sanctae obedientiae et Spiritus Sancti, quod nullo modo nec sub aliquo praetextu se opponat, nec contradicat nostro mandato et dispositioni, nisi solum in casu quo sua paternitas reverendissima velit sua propria persona praedictam provinciam visitare. Datis in hoc conventu S. Francisci Matriti, die XXI Iulii MDCCXV. — Frater IOSEPH SANZ, commissarius generalis Indiarum. — *Loco et sigilli.* — De mandato paternitatis reverendissimae, frater CLEMENS ZURITA secret. gen. Indiarum.

Confirmatio relatarum litterarum.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositione subiungebat, dictus Ioannes procurator

1 Potius lege admittatur nec recipiatur (R. T.).

Bull. Rom. — Vol. XXI.

95

rator praemissa, quo firmiter subsistant, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desideret: nos, ipsum Ioannem procuratorem specialibus favoribus et gratis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui dilectum pariter filium modernum procuratorem generalem dicti Ordinis super praemissis audiverunt, consilio, praesertis patentes litteras a memorato Iosepho commissario generali Indiarum expeditas, ut praefertur, cum omnibus et singulis in eis contentis, auctoritate apostolica, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem cardinalium.

§ 3. Decernentes, ipsas praesentes litteras semper firmas, etc. 1 Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac, quatenus opus sit, provinciarum et Ordinis praedictorum, etiam iuramento, etc. 2; quibus omnibus et singulis, etc.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XXV

1 Clausulae ut supra pag. 703 a (R. T.).

2 Reliqua ut ibidem (R. T.).

Clausulae.

ianuarii MDCCXVII, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 25 ianuarii 1717, pontif. anno XVII.

CCXLI.

*Confirmantur acta a delegato apostolico pro executione litterarum apostolicarum de erectione novae patriarchalis ecclesiae Ulyssiponensis Occidentalis*¹.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Prohemium.

Sollicita pastoralis officii vigilantia, qua, divina suffragante clementia, catholicae Ecclesiae praesidemus, enixe efflagitat, ut ea, quae per nostras litteras motu proprio emanatas, ac piis et rationabilibus causis adducti, aliis concessimus et indulgimus, suum sortiantur effectum, proindeque actus, qui ab eorumdem litterarum exequutoribus pro ipsarum validitate et observantia facti fuisse dicuntur, apostolico firmitatis munimine roboremus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Acta a delegato apostolico contra capitulum ecclesiae Ulyssiponensis patriarchalis, reuocatae ad nuncupationem capituli.

§ 1. Exponi sane nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum et canonici patriarchalis ecclesiae Ulyssiponensis, quod, dum a venerabili fratre moderno episcopo Algarbiensi executioni demandabantur litterae apostolicae in forma nostri motus proprii expeditae super divisione civitatis et dioecesis Ulyssiponensis et erectione novae patriarchalis ecclesiae Ulyssiponensis occidentalis, aliarumque omnium gratiarum et indulgentiarum quae in praefatis litteris continentur, comparuit coram praefato episcopo Algarbiensi procurator dictae patriarchalis ecclesiae Ulyssiponensis

¹ Laudatae litterae extant const. edit. MDCCXVI, die 7 novembris, pontif. XVI; et constit. edit. MDCCXVII, die 12 martii, pontif. XVII, ampliantur indulta dictae ecclesiae patriarchalis.

occidentalis, eidemque exposuit, quod capitulum ecclesiae Ulyssiponensis orientalis, tunc et ad praesens pastoris solatio destitutae, deputaverat eorum procuratorem ad effectum interessendi executioni earumdem litterarum, et cognoscendi an divisio civitatis et dioecesis Ulyssiponensis praefatarum, aliaque in praefatis litteris contenta, executioni demandarentur ad formam praefati motus proprii, et absque eorum praeiudicio, et¹ deputando secundodictum procuratorem non se inscripserunt capitulum orientale; quamobrem exponentes praefati coram eodem episcopo Algarbiensi insteterunt, quatenus moneret praefatum capitulum orientale, ut ab huiusmodi et aliis similibus perturbationibus se abstineret, ac mandatum procurae supradicto modo exaratum penitus et omnino reiiceret. Idem episcopus Algarbiensis, animadvertens quod praefatum mandatum procurae a capitulo et canonicis ecclesiae Ulyssiponensis orientalis conflatum non fuerat cum declaratione et denominatione capituli Ulyssiponensis orientalis, mandavit dilecto filio Emmanuelli Duarte Franco, notario publico, ut, mediante publico monitorio, praefatum capitulum Ulyssiponense orientale sub nonnullis poenis moneret, ut in posterum in nullo penitus perturbarent iurisdictionem patriarchalis ecclesiae Ulyssiponensis occidentalis, sed inviolabiliter observarent omnia et singula in praefato motu proprio contenta et expressa, seque decanum, dignitates et canonicos ecclesiae Ulyssiponensis orientalis nuncuparent. Diciturque Emmanuel die 11 mensis ianuarii proxime praeteriti in sacristia dictae ecclesiae Ulyssiponensis orientalis, coram dilectis etiam filiis Carolo Perim praesidente ac pluribus dictae ecclesiae Ulyssipo-

¹ Videtur legendum *at pro et* (R. T.).

nensis orientalis canonicis, alta et intelligibili voce legit et publicavit monitorium, in quo praefati episcopi mandatum continebatur; dictoque monitorio lecto et publicato, praesidens et canonici praefati ecclesiae Ulyssiponensis orientalis praefatae responderunt quod se monitos habebant¹, dictoque monitorio obediabant, seque iam capitulum et canonicos ecclesiae Ulyssiponensis orientalis nuncupaverant².

Confirmatio actorum a delegato apostolico cum impositione silentii.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, exponentes praefati, pro maiori subsistentia firmiorque observantia omnium et singulorum in praefatis litteris contentorum, plurimum cupiant omnia et singula supradicta, cum omnibus et quibuscumque in vim dicti monitorii subsequutis, per nos confirmari et approbari: nos igitur, exponentes praefatos specialis gratiae favore prosequi volentes, necnon eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, porrectis nobis pro eorumdem exponentium parte super hoc supplicationibus inclinati, omnia et singula supradicta, per dictum episcopum sic ut praefertur facta pro observatione et executione praefatarum litterarum, apostolica auctoritate, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, illisque perpetuae apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnibus et singulis tam ecclesiasticis quam saecularibus personis, etiam speciali nota dignis, qui contra praefatas litte-

¹ Ed. Main. legit *habebant* pro *habebant* (R. T.).

² Forsan *nuncuparent* (R. T.).

ras apostolicas et in eis contenta quaecumque aliquid iam forsitan attentaverint, seu in posterum attentare voluerint, perpetuum silentium imponimus.

§ 3. Sicque et non aliis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, iudicari et definiri debere, irritum quoque et inane, decernimus, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XVIII februarii MDCCXVII, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 18 februarii 1717, pontif. anno XVII.

CCXLII.

*Prohibetur, ne superiores provinciae Portugalliae fratrum Carmelitarum antiquae observantiae permittant fratres musicos canere in alienis ecclesiis*¹.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

§ 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Andreas de Cerquiera provincialis Ordinis fratrum beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo antiquae observantiae provinciae Portugalliae, quod, cum in praedicta provincia et praesertim in conventu Ulyssiponensi mos inoleverit aliquos pueros ad habitum regularem admittendi, ipsosque musicam et musicalia instrumenta edocendi, ut divina officia melius concinantur, et festivo

Clausulae.

Quomodo introductus huiusmodi abusus et mala iudiciorum.

¹ Const. ed. MDCCV, die 31 augusti, pontif. VII, revocatae fuere facultates manendi extra coenobia dictis musicis concessae; et Benedicti XIII const. ed. MDCCXXVI, die 14 ianuarii, pontif. III, concessum fuit indultum super quodam onere missarum.

concentu solemnnes festiuitates celebrentur, ac in id assequendo dictus conventus immodicas pecuniae summas consumat; praedicti vero iuvenes, sic ad habitum regularem huiusmodi admissi et edocti, postquam suam statuto tempore professionem per fratres dicti Ordinis emitti consuetam expresse miserint regularem, ac in sacro presbyteratus ordine constituti sint, multiplici praetextu hanc Sanctam Sedem eiusque pro tempore existentes in Portugalliae et Algarbiorum regnis nuncios pro obtinendis indultis et gratis adeant, ut, retento habitu regulari huiusmodi, vel praetextu quod parentibus pauperie laborantibus subueniant, aut sororibus neptibusque eleemosynas e musico exercitio collectas contribuant, alii autem¹ seruitio ecclesiarum cathedralium, inseruiantibus² et id ipsum postulantibus locorum Ordinariis, se mancipari faciant; et ita, relaxatâ disciplinâ regulari, spreâque superiorum obedientiâ, sine sociis vagentur, pecuniasque retentas in pessimos usus convertere, et, si forte superior religionis id eis impedire praetendat, statim recursus non solum ad eosdem nuncios, sed etiam ad tribunalia saecularia interponant; ex quibus omnibus non solum praefato conventui maximum detrimentum sed et Ordini praedicto inexplicabile dedecus, cum notoriâ ac pessimâ vitae regularis votorumque emissionis relaxatione et obedientiae iacturâ, afferri soleat: ipse Andreas prior provincialis, tot malis occurrere exoptans, praelatis superioribus et localibus conventuum prioribus provinciae et Ordinis praedictorum praesentibus et futuris, sub excommunicationis ac privationis vocis activae et passivae

¹ Videtur aliquid deesse, ex. g., alii quidem in alienis ecclesiis canant, alii autem, etc. (R. T.).

² Forsan scientibus (R. T.).

necnon officiorum poenis eo ipso absque aliâ declaratione incurrendis, ne de cetero fratribus musicis licentiam exeundi e monasterio ad festiuitates celebrandas in aliis ecclesiis quam praedicti Ordinis, exceptâ capellâ regiâ, vel quando communitas ipsa cum cruce ad eas peragendas accedit, concedere audeant seu praesumant, per nos prohiberi, et indulta habitus retenti aliasque gratias similes tam a Sede praedictâ quam ab illius nunciis desuper obtenta revocari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolicâ dignaremur.

§ 2. Nos igitur, ipsius Andreae prioris provincialis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium¹, qui relationem dilecti pariter filii moderni procuratoris generalis Ordinis huiusmodi super praemissis ad eosdem cardinales transmissam attenderunt, consilio, superioribus quibuscumque praedicti Ordinis, sub poenis, ut petitur, exceptâ illâ excommunicationis, ne deinceps licentiam super praemissis ullatenus concedant, auctoritate apostolicâ, tenore praesentium, prohibemus et interdicimus: salvâ

¹ Deest vox praepositorum (R. T.).

Prohibitio praedicta sub privationis vocis et officiorum poenâ tantum.

Derogatio contrarium. tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis earundem cardinalium.

§ 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac, quatenus opus sit, provinciae, Ordinis et conventuum praedictorum, etiam etc.¹

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xxii februarii MDCCXVII, pontificatus nostri anno xvii.

Dat. die 22 februarii 1717, pontif. anno xvii.

CCXLIII.

Ampliantur indulta capituli patriarchalis ecclesiae Ulyssiponensis occidentalis².

**Clemens episcopus,
servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium a sollicitudine decorandi maioribus privilegiis insigniores ecclesias.

Ineffabili divinae maiestatis providentiâ in supremo apostolicae dignitatis culmine constituti, tamquam de excelso monte ad irriguum militantis Ecclesiae agrum nostrae considerationis aciem, more vigilis et operosi pastoris, iugiter convertimus, et circa ea, per quae ecclesiae, praesertim patriarchali dignitate insignitae et in conspicuis civitatibus erectae, sublimioribus privilegiis ac maioribus praerogativis decorari valeant, peculiari sollicitudine intendimus, prout, earundem civitatum qualitatibus rerum-

¹ Reliqua ut supra pag. 703 a (R. T.).

² Constit. editâ MDCCXVII, die 18 februarii, pontif. xvii, confirmata fuere acta delegati pro erectione dictae ecclesiae, et const. ed. MDCCXVII, die 11 iulii, pontif. xvii, confirmatur decretum delegati super distributione orationis quadraginta horarum; Benedicti XIII const. ed. MDCCXIV, die 23 maii, pontif. i, confirmatur erectio metropolitanae ecclesiae Urbinatensis; const. editâ MDCCXIV, die 20 iulii, pontif. i, conceditur altare privilegiatum ecclesiis patriarchalibus, metropolitanis et cathedralibus; et constit. editâ MDCCXIV, die 6 septembris, pontif. i, usus mitrae et indumentorum capitulo Caputaquensi.

que et temporum circumstantiis debite pensatis, ad divini cultus incrementum ipsarumque ecclesiarum honorificentiam et ministrorum ecclesiasticorum decorem conspicimus in Domino salubriter expedire.

§ 1. Cum itaque nos nuper, ex iustis et rationalibus causis adducti, et quemadmodum carissimi in Christo filii nostri Ioannis Portugalliae et Algarbiorum regis illustris constantis fidei et sinceræ devotionis affectus iure promerebatur, eiusque pia et laudabilia vota efflagitabant, civitatem et dioecesis Ulyssiponensem in duas partes diviserimus, ac unam tam civitatis quam dioecesis huiusmodi partem versus orientem antiquo archiepiscopatu Ulyssiponensi orientali nuncupando reliquerimus, in alterâ vero parte versus occidentem patriarchalem ecclesiam Ulyssiponensem occidentalem nuncupandam erexerimus, ipsiusque patriarchalis ecclesiae Ulyssiponensis occidentalis patriarchae ac dignitatibus et canonicis pro-tempore existentibus, pro maiori eiusdem patriarchalis ecclesiae maiestate dictorumque dignitatum et canonicorum honorificentia, plura hucusque privilegia et indulta tam quoad habitum quam quoad praecedentiam aliasque praerogativas concesserimus, prout in nostris litteris in formâ nostri motus-proprii desuper expeditis plenius continetur; cumque, sicut accepimus, patriarchalis ecclesia praedicta, sic a nobis ut praefertur erecta, et singulari ipsius Ioannis regis dilectione et regiâ plane munificentia pluribus ac pretiosis suppellectilibus sacris pro ecclesiasticis functionibus decenter obeundis opulenter ornata, et undique ad singularem excellentiam sublimata existat, ipseque Ioannes rex praecipuis ac indefessis studiis patriarchalem ecclesiam praec-

Ab hoc Pontificae erecta fuit patriarchalis ecclesia Ulyssiponensis cum concessione plurimum indultorum.

Causae praedictae concessio.

fatam praeclari amoris ac religiosae pietatis significationibus prosequi in dies non praetermittat, et ad elegantiorum structurae maiestatem exornare, piaque opera propediem inibi augere, sacramque caeremoniarum usum et divinorum laudum cantum ad perfectiorem sublimitatem elevare intendat: nos, aeternae divinae bonitatis maiestati, quod tam pia tamque praeclara operosae religionis studia ad christianae pietatis augmentum et maiorem divini nominis gloriam a sollicitate dicti Ioannis regis pietate ecclesiasticis functionibus iugiter intenti promanaverint¹, eaque quam magnificenter et sumptuose adacta fuerint, gratias agentes, ac volentes, quantum in Domino possumus, maiori dictae patriarchalis ecclesiae decoris incremento consulere, necnon dignitates et canonicos ac beneficiatos et capellanos eiusdem patriarchalis ecclesiae amplioris gratiae favore et excellentioris honoris titulo sublimare, eosque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, firmis et illaesis remanentibus omnibus et singulis privilegiis, indultis, gratiis et praerogativis, aliis a nobis eidem patriarchali ecclesiae illiusque dignitatibus et canonicis praedictis iam ut praefertur concessis, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia ac maturam deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine: sex dignitatibus et octodecim canonicis praedictae patriarchalis ecclesiae, nunc et pro

tempore existentibus (quibus nuper ut ipsi hyemali cappam magnam rubeam cum pellibus armellinis, aestivo vero, temporibus, mozzettam similiter rubeam gestare et deferre valerent, concessimus et indulgimus), ut ipsi in posterum perpetuis futuris temporibus etiam subtanam seu vestem talarem rubeam; duodecim vero eiusdem patriarchalis ecclesiae beneficiatis, similiter nunc et pro tempore existentibus (quibus aliis, antequam ecclesia praedicta in patriarchalem ecclesiam sic a nobis erecta fuisset, ut etiam ipsi hyemali cappam magnam violaceam cum pellibus cinericiis, aestivo autem, temporibus, loco pellium, cum fodere serico violacei coloris, etiam gestare et deferre possent, similiter concessimus et indulgimus), ut ipsi quoque etiam perpetuis futuris temporibus hyeme eandem cappam magnam violaceam cum pellibus tamen armellinis, aestate vero vel eandem cappam magnam vel mozzettam etiam violaceam cum fodere serico rubei coloris; capellanis autem amovibilibus (qui ad praesens numerum trigintaduorum non excedunt, etiamsi numerus huiusmodi in servitio dictae patriarchalis ecclesiae, arbitrio pro tempore existentis patriarchae Ulyssiponensis, creverit vel decreverit), ut etiam ipsi capellani amovibiles cappam magnam violaceam cum pellibus armellinis hyemali, aestivo vero, temporibus, vel eandem cappam magnam vel mozzettam etiam violaceam cum simili fodere serico eiusdem coloris rubei, tam in choro quam extra illum, ac etiam processionibus omnibusque aliis actibus capitularibus, tam publicis quam privatis, ac etiam in praesentia quorumcumque archiepiscoporum et episcoporum, ac pro tempore existentis patriarchae Ulyssiponensis, ac nostrorum et Sedis Apostolicae nunciorum, nec non venerabi-

Novorum indultorum concessio.

¹ Edit. Main. legit *promanaverit* (R. T.).

lium fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, etiam de latere legatorum, et aliorum quorumcumque quavis auctoritate et potestate fungentium ac honore et praeminentia fulgentium, respective gestare et deferre, illisque uti libere et licite possint et valeant, tenore praesentium, perpetuo concedimus et indulgemus.

Clausulae amplissimae et particularares.

§ 2. Ac dignitates et canonicos, necnon beneficiatos et capellanos eiusdem patriarchalis ecclesiae nunc et pro tempore existentes, super gestatione et delatione vestium, capparum et mozzettarum huiusmodi, per quaecumque capitula quarumcumque aliarum ecclesiarum episcopali, archiepiscopali vel primatiali, et quasvis personas, quavis auctoritate, dignitate et praeminentia praeditas, quovis praetextu, colore vel ingenio, publice vel occulte, directe vel indirecte, impediri, molestari, inquietari vel perturbari nullatenus posse, neque debere; praesentes quoque semper et perpetuo validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus et singulis, ad quos quomodolibet nunc spectat et spectabit in futurum, firmiter et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore, ex quocumque capite vel qualibet causa, quantumvis legitima et iuridica, etiam ex eo quod capitula cathedralium et collegiarum ecclesiarum quarumlibet, earumque dignitates et canonici, vel quilibet alii, cuiuscumque dignitatis, gradus, conditionis et praeminentiae sint, in praemissis et circa ea quomodolibet, et ex quavis causa, ratione, actione vel occasione, ius vel interesse habentes aut habere praetendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati et auditi fuerint, et causae, propter quas eadem praesentes emanaverint, addu-

ctae, verificatae et iustificatae non fuerint, de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis seu invaliditatis vel intentionis nostrae aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, inexcogitabili ac specificam et individuum mentionem et expressionem requirente defectu, sive etiam ex eo quod in praemissis eorumque aliquo solemnitates et quaevis alia servanda et adimplenda servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a iure vel facto aut statuto vel consuetudine aliqua resultante, aut quocumque alio colore, praetextu, ratione vel causa, etiam in corpore iuris clausa, occasione aliave causa, etiam quantumvis iusta, rationabili, legitima, iuridica, pia, privilegiata, etiam tali quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret¹, aut quod de voluntate nostra et aliis superius expressis nulli appareret seu aliis probari posset, notari, invalidari, retractari, in ius vel controversiam revocari, aut ad terminos iuris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam et terminos iuris, aut aliud quodcumque iuris, facti, gratiae vel iustitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu simili concessio aut impetrato vel emanato uti seu se iuvare in iudicio vel extra posse, neque ipsas praesentes sub quibuscumque similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per nos et successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, et Sedem Apostolicam, etiam motu pari, et consistorialiter, ex quibuslibet causis, et sub quibusvis verborum

¹ Edit. Main. legit *forent* (R. T.).

tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiamsi de eisdem praesentibus earumque toto tenore ac datâ specialis mentio fiat, pro tempore factis et faciendis, ac concessis et concedendis, minime comprehendendi, sed tamquam ad maius divini cultus augmentum semper et omnino ab illis excipi, et, quoties illae emanabunt, toties in pristinum et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori datâ per nunc et pro tempore existentes dignitates, canonicos, beneficiatos et capellanos dictae patriarchalis ecclesiae quaecumque eligendâ concessas esse et fore, sicque et non aliâs per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac praedictae sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, dictaeque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, praerogativâ et privilegio fungentes, ac honore et praeseminentiâ fulgentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, in quocumque iudicio et in quacumque instantiâ iudicari et definiri debere, et, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Depulso
exercentur.

§ 3. Quocirca venerabilibus fratribus nostris modernis et pro tempore existentibus Elvensi, Algarbiensi et Mirandensi, eisque deficientibus seu impeditis, Angolensi et Lamacensi episcopis per easdem praesentes committimus et mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios, easdem praesentes litteras et in eis contenta quaecumque, ubi et quando

opus fuerit, ac quoties pro parte dignitatum, canonicorum, beneficiatorum et capellanorum praedictorum aut alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostrâ easdem praesentes et in eis contenta huiusmodi ab omnibus, ad quos nunc spectat et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari, necnon eosdem modernos ac pro tempore existentes dignitates, canonicos, beneficiatos et capellanos praedictos illis pacifice frui et gaudere; non permittentes eos aut eorum aliquem desuper quomodolibet indebite molestari; contradictores quoslibet et rebelles per sententias, censuras et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris et facti remedia, appellatione postpositâ, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio. Nos enim modernis et pro tempore existentibus Elvensi, Algarbiensi et Mirandensi, eisque deficientibus seu impeditis, Angolensi et Lamacensi episcopis praedictis, et eorum cuilibet, quoscumque molestatores, perturbatores, contradictores et rebelles, etiam per edictum publicum, constituto summarie de non tuto accessu, citandi, eisque, et quoties inhibendum fuerit, etiam per simile edictum, quoad primates, archiepiscopos et episcopos sub interdicti ingressus ecclesiae, quo vero ad alios inferiores etiam sub censuris ecclesiasticis et etiam pecuniariis eorum arbitrio imponendis, moderandis et applicandis poenis, inhibendi, necnon eos, quos censuras et poenas praedictas incurrisse constiterit, eas incurrisse, servatâ formâ Concilii Tridentini, declarandi, ac legitimis, super litteris habendis, servatis processibus, censuras et poenas ipsas etiam iteratis vicibus

aggravandi, reaggravandi et interdicens, plenam et liberam, motu, scientiâ, auctoritate et tenore praemissis, concedimus facultatem.

Derogatio
contrariorum.

§ 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, quibusvis legibus, statutis, stylis, consuetudinibus et prohibitionibus, si quae forsitan adsint de gratiis ad instar non concedendis, ac de vestibis rubeis non deferendis, ac etiam in synodalibus, provincialibus, universalibus conciliis editis vel edendis, specialibus vel generalibus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictae patriarchalis aliarumque ecclesiarum, etiam iuramento, confirmatione apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, eorumque reformationibus et novis additionibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis, illis, eorumque superioribus et personis, ac locis quibuscumque, etiam speciali, specificâ, expressâ et individuâ mentione dignis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis, in genere vel in specie, etiam motu pari, ac consistorialiter, aut aliâs quomodolibet, etiam iteratis vicibus, in contrarium eorumdem praemissorum concessis, approbatis, confirmatis et innovatis, etiamsi in eis caveatur expresse quod illis per quascumque litteras apostolicas etiam motu simili pro tempore concessas, quascumque etiam derogatoriis derogatorias in se continentes, derogari non possit, neque censeatur eis derogatum; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut ali-

qua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiamsi in eis caveatur expresse quod illis nullatenus aut nonnisi sub certis modo et formâ derogari possit, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso et formâ in illis traditâ observatâ, inserti forent, praesentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes, illis aliâs in suo robore permansuris, latissime et plenissime, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse, earumdem tenore praesentium, motu simili, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri motus proprii, ac absolutionis, concessionis, indulti, decreti, commissionis, mandati et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Sanctio poenalis.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnationis dominicae MDCCLXVII, IV idus martii, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 12 martii 1717, pontif. anno XVII.

CCXLIV.

Confirmantur binae resolutiones capituli generalis Congregationis presbyterorum Piorum Operariorum de celebratione eiusdem capituli.

1 Constitutiones huius Congregationis confirmatae fuere a Gregorio XV const. ed. MDCXXI, die 1 aprilis, pontif. I, et ab Urbano VIII const. ed. MDCXXXIV, die 6 novembris, pontif. XII; huius Pontificis const. editâ MDCCLXII, die 3 ianuarii, pontif. XII, concessa fuit ecclesia et collegium S. Mariae Montium de Urbe, et Benedicti XIII const. ed. MDCCLXVI die 3 iunii, pontif. II, interdicitur omnibus sibi assumere nomen Piorum Operariorum.

**Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.**

Resolutiones
praeferat referuntur.

§ 1. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii praepositus et capitulum generale Congregationis presbyterorum Piorum Operariorum nuncupatorum, quod in eorum constitutionibus inter cetera potissimum ex cap. xx eruitur, quod capitulum dictae Congregationis singulis annis cogi, omniaque eiusdem Congregationis officia ad annum esse debeant; itidem in capitulo III earumdem constitutionum constituitur, quod in receptione vocalium omnes, qui decennale tyrocinium in ipsa Congregatione laudabiliter expleverint, admittantur; et aliàs, prout praedictis constitutionibus, quae a felicitis recordationis Gregorio XV et Urbano VIII Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris apostolico munimine in formam specificam roboratae, atque ab eiusdem Congregationis initio hucusque servatae fuerunt, uberius asserunt contineri. Quoniam vero iampridem compertum fuit, praedictas ipsius Congregationis constitutiones, quae primum in civitate Neapolitana ortum habuit, et subinde quoque extra regnum adolevit, in eius exordio optime accomodatas, nunc aliquo modo progressum et bonum ipsius regimen impedire; ideoque anno proxime praeterito in capitulo generali statutum fuit ut idem capitulum futuris temporibus nonnisi triennio expleto celebraretur, dictaque officia deinceps triennalia forent, utque vocales ad numerum tricenarium reducerentur, ita ut in casu vacationis tantum alii iuxta formam praescriptam admittantur, prout in resolutionibus desuper habitis fuisserit etiam contineri. Porro, cum die xxiv mensis iulii proxime praeteriti, ad enixas preces dilecti filii moderni procuratoris generalis ipsius Congregationis, dictae duae resolutiones in

infrascripta Congregatione cardinalium relatae fuissent, ipsa cardinalium Congregatio die xxv septembris dicti anni illas confirmandas esse censuit. Verum, quia quidam praedictae Congregationis Piorum Operariorum presbyteri, qui huic Congregationi ad praescriptum primitivae regulae nomen dederunt, eorum praeiudicium quoad restrictionem vocalium deduxerunt, praedicta resolutio ita moderata fuit, ut, sine illorum, qui memoratam Congregationem ante publicationem decreti huiusmodi ingressi fuerunt, praeiudicio, procederet. Sed adversus praedictas duas resolutiones nonnullis ex eisdem Pii Operariis reclamantibus negotium iterum ad eandem Congregationem cardinalium deductum fuit, et partibus utrinque voce et scriptis acerrime informantibus, dicta Congregatio cardinalium stetit in decisis.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, ipsi exponentes, binas resolutiones huiusmodi apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti, plurimum desiderent: nos, specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum consilio, binas resolutiones praedictas a memorato capitulo generali factas, ut praefertur, cum omnibus et singulis in eis contentis, auctoritate apo-

Confirmatio re-
censurarum re-
solutionum.

stolica, tenore praesentium, pro nunc confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus; ac omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis cardinalium.

Clausulae.

§ 3. Decernentes, easdem praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, etc.¹.

Derogatio con-
trariorum.

§ 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Congregationis Piorum Operariorum praedictorum, etiam iuramento, etc.².

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 1 aprilis MDCCLXVII, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 1 aprilis 1717, pontif. anno XVII.

CCXLV.

Confirmantur privilegia et decreta Congregationis episcoporum et regularium, ne quis vetet eleemosynam quaerere fratribus Discalceatorum sancti Francisci Strictioris Observantiae³.

**Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.**

Expressio pe-
titionis.

§ 1. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii fratres Discalceati provinciae S. Iosephi Matritensis omniumque regnorum tam in Hispaniis quam conventuum ubique existentium Ordinis sancti Francisci Strictioris Observantiae nuncupati,

¹ Reliqua ut supra pag. 703 a (R. T.).

² Reliqua ut ibid. (R. T.)

³ Innocentii XII const. ed. MDCXCVII, die 4 maii, pontif. VI, declarata fuere quaedam privilegia fratrum Strictioris Observantiae; Benedicti XIII const. ed. MDCCLXXV, die 10 decembris pontif. II, confirmantur privilegia Mendicantium, et const. ed. MDCCLXXVII, die 20 septembris, pontif. IV, provinciae reformatae Vallis de Mazzara conceditur receptio eleemosynae pro missis.

quod ipsi privilegia eis a felicitis recordationis Sixto PP. IV praedecessore nostro in § VIII Bullae aureae concessa, necnon decreta a Congregatione tunc existentium S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praeposita pluries emanata ac ad alios regulares extensa, per quae decernitur quod fratres Ordinum Mendicantium ab Ordinariis locorum seu ab aliis regularibus prohiberi minime possint quin per se ipsos, in locis ubi habent conventus, eleemosynas quaerant, sed tantum, si extra loca, ubi conventus reperiuntur, quaeritare voluerint, suorum superiorum licentiam Ordinario ostendere teneantur, per nos confirmari plurimum desiderant. Nos, ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum eiusdem S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui relationem dilecti filii moderni procuratoris generalis dicti Ordinis super praemissis ad eosdem cardinales transmissam viderunt, consilio, privilegia et decreta supra recensita et respective extensa, auctoritate apostolica, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis cardinalium.

Confirmat ut
in rubrica.


Clausulae.

§ 2. Decernentes, easdem praesentes etc.¹.

Contrariorum derogatio.

§ 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit, provinciae et Ordinis praedictorum, etiam iuramento, etc.².

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die VIII iulii MDCCXVII, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 8 iulii 1715, pontif. anno XVII. 

CCXLVI.

Confirmatur decretum Congregationis episcoporum et regularium de divisione provinciae S. Ioannis Evangelistae insularum Azzorum et Terseirae fratrum Minorum de Observantia¹.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Causae plurimas dividendi dictam provinciam.

§ 1. Nuper, pro parte dilectorum filiorum modernorum ministri provincialis atque definitoris, omniumque fratrum provinciae S. Ioannis Evangelistae insularum Azzorum et Terseirae respective nuncupatarum, aliarumque insularum maris Oceani temporali ditioni carissimi in Christo filii nostri Ioannis Portugalliae et Algarbiorum regis illustris subiectarum, Ordinis Minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Congregationi venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium

¹ Ut supra pag. 703 a (R. T.).

² Ut supra ibid. (R. T.).

¹ Innocentii XII const. ed. MDCC, die 10 iulii, pontif. IX, confirmata fuit alternativa in dicta provincia; in huius Pontificis const. ed. MDCCXII, die 23 decembris, pontif. XIII, revocata fuit dismembratio coenobiorum a provincia Neapolis fratrum Discalceatorum; et Innocentii XIII const. ed. MDCCXII, die 22 iunii, pontif. II, extat commissio nuncio Neapolis super dicta dismembratione.

praepositae exposito, quod praedicta provincia, magno conventuum et religiosorum numero abundans, quippe quae, ultra parvos conventus, seu hospitia, oratoria et monasteria monialium, quae retinebat, ab aliis septemdecim conspicuis conventibus constituebatur, et quingentos et ultra religiosos numerabat, difficillime et non sine magno eiusdem provinciae praeiudicio ac deplorabili regularis observantiae discrimine et relaxatione ab uno tantum ministro provinciali regi, gubernari et visitari poterat, nam, cum praedictae insulae et signanter supradicta de Terseira aliaeque adiacentes adeo longa maris interapedine ab aliis insulis Azzorum disiungerentur ut minister provincialis pro tempore existens pro explenda visitatione de conventu ad conventum iter aliquando centum quadraginta leucarum per mare Oceanum aggredi opus haberet, hinc eveniebat quod aut nunquam aut raro omnium et singulorum conventuum visitatio per illum compleri valebat, et, si aliquando aliquis, ob disciplinae regularis zelum, in tam vastum pelagum se committere ausus fuerat, saepe saepius zelum suum sibi exitialem expertus fuerat, nam aut vorticibus absorptus, aut a pyratis deprehensus, nullam utilitatem, sed sibi exitium, provinciae luctum, et subsequentibus ministris provincialibus exemplum ne similia tentarent, induxerat; quinimo nedum minister provincialis, sed quamplures etiam alii religiosi, dum de insula in magis distantem insulam, vigore obedientiae, aut ob exercenda religionis officia, transfretaverant, consimilia infortunia passi fuerant, nam aut perierant in mari, aut pyratarum Algerinorum mancipia evaserant; his etiam accedebant innatae animorum aversiones et antipathiae, quibus religiosi nationales alii alios inse-

ctabantur, unde mutua discrimina et continuae dissensiones inter religiosos insularum S. Michaëlis et S. Mariae unam nationem, ac alios insulae Terseirae reliquarumque adiacentium aliam factionem¹ respective constituentes dimanabant, adeoque huiusmodi dissidia ita excreverant, ut, miscentibus sese illis etiam saecularibus utriusque nationis, tantum scandalis non obruta fuisset, dum prae ceteris conventus dictarum duarum insularum S. Michaëlis et S. Mariae ab eodem ministro provinciali, qui ex praedicta insula Terseira fuerat, se subtraxerant, utque magis illa non exardescerent, minister generalis dicti Ordinis dictam perniciosissimam rebellionem mediante deputatione unius commissarii cum iurisdictione et superioritate in eodem conventus tolerare coactus fuerat: ideoque, ut tot praeiudicia, incommoda et scandala praefatae provinciae de medio tollerentur, ac in illa debita quies et regularis disciplina restituerentur, debitumque gubernium per superiores exerceri valeret, pro parte eorundem exponentium eidem Congregationi cardinalium supplicato ut illam scindere et separare, constituendo quidem ex decem conventibus et aliis exiguis domibus, seu oratoriis, vel hospitibus, ac monasteriis monialium, quae sunt in insula praefata de Terseira, et aliis quinque adiacentibus, cum tercentorum viginti religiosorum numero, unam provinciam cum retentione eiusdem nominis provinciae S. Ioannis Evangelistae, ac cum eodem sigillo, titulis et praerogativis, quibus a felicitis recordationis Urbano Papa VIII praedecessore nostro erecta fuerat; ex aliis vero septem conventibus, cum eorum hospitibus, monasteriis monialium, et aliis parvis conventibus, si qui in duabus insulis S. Mariae

¹ Forsan nationem (R. T.).

et S. Michaëlis essent, unam custodiam sub titulo et denominatione custodiae Conceptionis beatae Mariae Virginis Immaculatae insulae eiusdem S. Michaëlis, ab uno custode et duobus definitorebus regendam et gubernandam, quae dilecto etiam filio moderno et pro tempore existenti ministro generali subiecta esse deberet, concurrente in id praedicti Ioannis regis beneplacito, erigere et creare dignaretur: emanavit ab eadem Congregatione cardinalium decretum tenoris sequentis, videlicet:

Sacra Congregatio eminentissimorum et reverendissimorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praeposita, ad quam sanctissimus dominus noster supplicem hunc libellum benigne remisit, visis relatione patris procuratoris generalis Ordinis ac iuribus deductis, reque mature perpensa, referente eminentissimo de Abdua, oratorum precibus indulsit iuxta petita. — Romae, xv ianuarii MDCCXVII. — F. cardinalis DE ABDUA — R. archiepiscopus Damascenus, secret. — L. † S.

§ 2. Cum autem, sicut pro parte ministri provincialis definitoris ceterorumque fratrum praedictorum nobis subinde expositum fuit, ipsi decretum huiusmodi, quo firmiter subsistat, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti plurimum desiderant: nos, specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum praesentium, auctoritate apostolica, tenore praesentium, confirmamus et

Decretum sacrae Congregationis approbans recensitam divisionem.

Confirmatio relati decreti.

approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus: salvâ tamen semper in praemissis auctoritate praefatae Congregationis cardinalium.

Clausulae. § 3. Decernentes, easdem praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, etc.¹

Contrariorum derogatio. § 4. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit, provinciae et Ordinis praefatorum, aliisque quibusvis, etiam iuramento, etc.²

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die VIII Iulii MDCCXVII, pontificatus nostri an. XVII.

Dat. die 8 Iulii 1717, pontif. anno XVII.

CCXLVII.

*Confirmatur decretum delegati apostolici de distributione orationis Quadragesimae Horarum inter ecclesias patriarchalem et metropolitanam aliasque Ulyssiponenses.*³

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a solo, ut pax inter ecclesiasticas potissimum personas conservetur.

Regis pacifici vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, inter cetera cordis nostri desiderabilia illud sinceris semper exoptamus affectibus, ut christifideles, praesertim patriarchali dignitate insigniti, aliaeque dignitates et canonicatus in archiepiscopalibus ecclesiis pro tempore obtinentes, iuxta eorum dignitatem aut gradum divinis obsequiis famulantes, vota sua in pacis amoeni-

¹ Ut supra pag. 703 a (R. T.).

² Ut supra ibid. (R. T.).

³ Constit. edit. MDCCXVII, die 24 augusti, pontif. XVI, concessa fuit indulgentia plenaria tempore dictae orationis; constit. edit. MDCCXVII, die 12 martii, pontif. XVII, ampliata fuere privilegia dictae ecclesiae patriarchalis; et Benedicti XIII constit. edit. MDCCXIV, die 22 Iulii, pontif. I, conceditur altare privilegiatum omnibus Ordinariis.

tate Altissimo reddant, ac unanimes et uno ore Deum glorificent. Quapropter, si quae, pro litibus et controversiis, inter eos, superseminante humani generis hoste zizania, exortis, extirpandis penitusque evellendis, simulque pro conservatione iurium et praeeminentiarum ad favorem patriarchalium ecclesiarum iuxta pia catholicorum regum vota per nostras litteras concessarum, ab ecclesiarum praelatis earumdem litterarum exequutoribus facta fuisse comperimus, illa, ne in recidivae contentions et controversiae vitium denuo prolabantur, apostolicae nostrae confirmationis munimine roboramus, ac aliâ desuper pastoralis officii nostri partes, quantum nobis ex alto conceditur, sedulo impendimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§ 1. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte venerabilis fratris moderni patriarchae Ulyssiponensis occidentalis petitio continebat, quod aliâ nos omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis ac sacrâ communionem resectis, qui in quacumque ecclesiâ civitatis Ulyssiponensis, ubi oratio Quadragesimae Horarum, ad instar illius quae ex institutione felicis recordationis Clementis Papae VIII praedecessoris nostri in almâ Urbe nostrâ Româ assidue celebratur, indicta fuisset, et devote eo temporis spatio, quod illis commodum visum fuisset, orasent, plenariam peccatorum suorum indulgentiam concessimus, prout in litteris apostolicis in formâ Brevis sub annulo Piscatoris, die XXIV mensis augusti anni Domini MDCCXVI, pontificatus nostri anno XVI, expeditis, plenius contineri dicitur: deinde vero nos, ex iustis et rationabilibus causis moti, ac quemadmodum pia carissimi in Christo filii nostri Ioannis Portugalliae et Algarbiorum re-

Epitome constitutionum Clementis XI quibus concessa fuit indulgentia plenaria pro ecclesiae Ulyssiponensi tempore dictae orationis; et civitas divisa in duas partes, quarum una pro archiepiscopali, altera vero pro patriarchali ecclesiâ.

gis illustris vota exoptabant, civitatem et dioecesim Ulyssiponensem in duas partes divisimus, et unam civitatis et dioecesis Ulyssiponensis divisarum huiusmodi partem versus orientem antiquo archiepiscopatu Ulyssiponensi in posterum orientali nuncupando reliquimus; in alterâ vero earumdem civitatis et dioecesis ut praemittitur divisarum partem versus occidentem patriarchalem ecclesiam Ulyssiponensem occidentalem nuncupandam ereximus; ac patriarchali ecclesiae praedictae sic erectae alteram civitatis et dioecesis divisarum huiusmodi partem versus occidentem assignavimus, illiusque patriarchae, dignitatibus, ac capitulo, et canonicis, pro tempore existentibus, plura privilegia pluresque praerogativas ac praeeminentias, super omnia capitula omnesque etiam primatiales, archiepiscopales et episcopales ecclesias regni Portugalliae, concessimus, prout in aliis etiam nostris litteris in formâ nostri motus proprii sub datum apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnationis dominicae MDCCXVI, VII idus novembris, pontificatus nostri anno XVI, sub Bullâ aureâ expeditis, in quibus pro illarum executione venerabiles fratres Elvensis, Algarbiensis et Mirandensis episcopi deputati fuerunt, etiam plenius contineri dicitur. Cumque postmodum, dum ultimodictae litterae a praedicto episcopo Algarbiensi, cui praesentatae fuerant, executioni demandabantur, attentâ divisione civitatis praedictae, orta fuerit controversia, in qua ex duabus ecclesiis, patriarchali scilicet Ulyssiponensi occidentali et archiepiscopali Ulyssiponensi orientali, supradicta oratio Quadragesimae Horarum celebrari et indici deberet, et in tabulâ typis demandandâ, in qua omnes ecclesiae utriusque partis civitatis divisae huiusmodi, in quibus praedicta oratio celebrari de-

beat, describendae erant, an primo loco poni deberet dicta ecclesia patriarchalis Ulyssiponensis occidentalis vel potius praedicta ecclesia archiepiscopalis Ulyssiponensis orientalis, idem episcopus Algarbiensis, tam dicto patriarcha Ulyssiponensi occidentali, quam capitulo et canonicis ecclesiae archiepiscopalis Ulyssiponensis orientalis, illius sede archiepiscopali vacante, legitime intimatis, eisque, mediantibus eorum legitimis procuratoribus, auditis, et consideratis utriusque partis rationibus et fundamentis, decrevit, statuit et declaravit, ut praedicta oratio Quadragesimae Horarum incipere deberet a dictâ patriarchali ecclesiâ Ulyssiponensi occidentali, et, dum inibi completa fuisset, subsequenter in archiepiscopali ecclesiâ Ulyssiponensi orientali praedictâ celebraretur, in ceteris vero ecclesiis utriusque partis civitatis divisae huiusmodi oratio praedicta iuxta distributionem earumdem ecclesiarum ab officiali patriarchae Ulyssiponensis occidentalis ac a vicario capitulari ecclesiae Ulyssiponensis orientalis concorditer faciendam, etiam fieri et adimpleri deberet, prout in decreto ab eodem episcopo Algarbiensi desuper facto, tenoris prout sequitur:

Perpensis rationibus, quae tam ex parte patriarchalis quam Ulyssiponensis orientalis ecclesiarum adductae fuerunt super dubiis continuationis Quadragesimae Horarum orationis emanantibus a divisione antiqui huius archiepiscopatus et ex motu proprio Sanctitatis Suae super eadem divisione, perspecto ad nos spectare illa omnia decidere et absolvere, expressumque esse in eodem motu proprio ut in omni peculiari casu, et ubi se offerat occasio, semper mitra seu ecclesia patriarchalis sit praefenda Ulyssiponensi orientali ecclesiae, neque posse in mentem Sanctitatis Suae cadere, quod, pro huius civitatis divisione, eius

Decretum delegati apostolici pro ecclesia patriarchali, in quo etiam committitur praedictarum ecclesiarum vicario distributio reliquarum ecclesiarum.

¹ Edit. Main. legit ac pro an (R. T.).

catholicos fideles orbare velit gratis et indulgentiis in indulto memoratarum Quadraginta Horarum contentis; illud etenim est impertite¹ indistincte pro omnium beneficio, a cuius comprehensione illos iuxta iuris regulas non excludit futurae separationis et divisionis civitatis eventus; quoniam personae, quibus concessa fuit gratia, adhuc insimul omnes commorantur, seu sunt membra illius corporis, quod Sanctitas Sua, praedictam concessionem elargiendo, in mentem habuit, quamvis per accidens subiectum inveniatur alii iurisdictioni: quamobrem edicimus ut in catalogo in lucem edi solito primum recenseatur sancta patriarchalis ecclesia, ut ab illa supramemorata Quadraginta Horarum oratio incipere debeat dominica paschatis Pentecostes, quae erit decimasexta currentis maii, dies in qua dandum est initium catalogo noviter edendo; et elapsis solitis horis, in quibus sacratissimum Christi Corpus est exponendum in dicta parochiali ecclesia, quae enumerari debent a meridie dominicae Paschatis usque ad eandem horam subsequentiis feriae tertiae, tunc exponetur cum eodem iubilaeo in cathedrali Ulyssiponensi orientali; et ita decernimus ut adimpleat et adimplere faciat reverendum capitulum eiusdem orientalis ecclesiae, sub poena, ni ita exequatur, solvendi ex sua capitulari mensa quingentos nummos aureos Camerae Apostolicae pro expensis belli contra Turcas: item, quoad distributionem seu designationem aliarum ecclesiarum, ut ex utraque parte convenient reverendi vicarii generales, ac inter se statuunt formam et modum, qui servari debeat, sub poena, nisi ita unusquisque illorum perpetret, nos decreturos et disposituros esse dictam designationem, sicuti nobis expedire videbitur, ne huiusmodi spirituali bono priventur dicti catholici fideles quibus concessum fuit, et quo sine iustissima causa illos privare nequeunt eorum Ordinarii: et huic formae standum ex utraque parte decernimus. — Ulyssipone occidentali, XIV maii MDCCXVII. — JOSEPHUS episcopus Algarbiensis: plenius continetur.

¹ Videtur legendum *impertitum* (R. T.).

§ 2. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, dictus patriarcha Ulyssiponensis occidentalis, pro maiori subistentia firmiterque observantia omnium et singulorum in praedicto decreto contentorum, necnon conservatione iurium et praeeminentiarum dictae patriarchalis ecclesiae Ulyssiponensis occidentalis, plurimum cupiat decretum praedictum, cum omnibus et singulis in eo contentis et expressis, omniaque et singula in vim dicti decreti subsequuta, per nos et Sedem Apostolicam confirmari: nos igitur, qui privilegia et indulta, praesertim vero circa praeeminentiam et superioritatem, alias a nobis eidem patriarchali ecclesiae concessa, conservare et promovere, ac pacem et tranquillitatem inter quoslibet christifideles ac praesertim ecclesiasticas personas confovere sinceris desideramus affectibus, eundem patriarcham Ulyssiponensem occidentalem specialis gratiae favore prosequi volentes, necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum tantum praesentium consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, controversiamque praedictam ad nos avocantes, illamque penitus et omnino extinguentes, omnibus et singulis personis, cuiuscumque dignitatis et qualitatis, et speciali nota dignis, super eadem controversia perpetuum silentium imponimus, ac bene per dictum episcopum Algarbiensem decretum fuisse declaramus, necnon decretum huiusmodi, ab eo sic ut praemittitur factum et promulgatum, apostolicam auctoritate, tenore praesentium, approbamus et confirmamus, illique perpetuae et inviolabilis apostolicae

Confirmatio amplissima praefati decreti, cum extinctione litis et impositione silentii.

firmitatis robur adiicimus, ac a capitulo et canonicis dictae ecclesiae archiepiscopalis Ulyssiponensis orientalis et aliis quibuscumque et quavis auctoritate et potestate fungentibus observari debere, ipsosque ad eiusdem decreti observantiam teneri et obligatos esse et fore, nec contra illud aliquid fieri, innovari seu attentari sub quovis colore vel praetextu, nec capitulum et canonicos dictae patriarchalis ecclesiae Ulyssiponensis occidentalis ex praedicta aliisque de causis per capitulum et canonicos praedictae ecclesiae archiepiscopalis Ulyssiponensis orientalis imposterum indebite inquietari, molestari et perturbari posse, praemissaque omnia et singula ac easdem praesentes validas, firmas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac a capitulo et canonicis dictae archiepiscopalis ecclesiae Ulyssiponensis orientalis, aliisque quibuscumque, in omnibus et per omnia inviolabiliter observari et adimpleri, sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, et causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, et de latere legatos, vicelegatos, ac nostrum etiam Sedis Apostolicae modernum pro tempore existentem nuncium in regno Portugalliae commorantem, iudicari et definiri debere, irritum quoque et inane, decernimus, si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Contrarium derogatio.

§ 3. Non obstantibus quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non stylis, usibus et consuetudinibus forsitan alias observatis, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, ac pluries confirmatis et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi

de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores etiamsi de verbo ad verbum, nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata, inserti forent praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum validissimum effectum hac vice dumtaxat et harum serie specialiter et expresse derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XI iulii MDCCXVII, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 11 iulii 1717, pontif. anno XVII.

CCXLVIII.

Conceditur translatio indulgentiae plenariae perpetuae in festo S. Scholasticae in diem translationis festi pro Congregatione monachorum Bursfeldensium in Germania¹.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Cum dudum felicitis recordationis Clemens Papa X, praedecessor noster, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac sacrae communionis refectis, qui aliquam ex ecclesiis quorumcumque monasteriorum tam monachorum quam monialium regulam S. Benedicti profitentium eatenus erectis et imposterum quocumque erigendis, ac ubicumque

Petitio et causas concessio.

¹ Haec indulgentia concessa fuit a Clemente X const. ed. MDCLXXI, die 19 decembris, pontif. II; eadem translatio permissa fuit in festo S. Benedicti ab Innocentio XI const. ed. MDCLXXIX, die 26 septembris, pontif. III.

locorum existentibus, die festo S. Scholasticae, sororis eiusdem S. Benedicti, a primis vespere usque ad occasum solis diei huiusmodi, annis singulis, devote visitassent, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concesserit, prout in ipsius Clementis praedecessoris litteris die XIX decembris MDCLXXI expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, uberius continetur; et, sicut pro parte dilectorum filiorum monachorum Congregationis Bursfeldensis in Germania Ordinis S. Benedicti nobis nuper expositum fuit, festum eiusdem S. Scholasticae, quod die X februarii celebratur, aliquando in aliquam ex dominicis sive Septuagesimae, Sexagesimae, Quinquagesimae et Quadragesimae, vel in diem Cinerum incidat, eaque de causa in alium diem transferatur; ac propterea dicti exponentes opportune super hoc a nobis provideri et ut infra indulgeri plurimum desiderent: nos, eorumdem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut quandocumque in memoratum festum S. Scholasticae ex causa praenarrata ad alium diem transferatur, christifideles prae-

dicti, qui aliquam ex ecclesiis supradictae Congregationis Bursfeldensis, eo die ad quem translatio huiusmodi facta fuerit, devote pariter visitaverint, ceteraque omnia in litteris praedictis praescripta adimpleverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, a praefato Clemente praedecessore sicut praemittitur concessam, consequantur, in omnibus et per omnia, perinde ac si praemissa omnia in ipso festo non translato adimplevissent, auctoritate apostolica, tenore praesentium, in perpetuum concedimus et indulgemus.

§ 2. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 3. Volumus autem ut earumdem praesentium litterarum transumptis, etc.¹

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XXXI iulii MDCCXVII, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 31 iulii 1717, pontif. anno XVII.

CCXLVIII.

Conceditur indulgentia plenaria perpetua in festo S. Raymundi de Peñafort et Petri Nolasci pro ecclesiis Ordinis B. M. de Mercede.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

Iniunctae nobis divinitus apostolicae servitutis ratio postulat, ut caelestium

¹ Reliqua ut pag. 704 a (R. T.).

² In Alexandri VIII const. ed. MDCCXC, die 28 iulii, pontif. I, extat communicatio privilegiorum et indulgentiarum aliorum regularium; et Benedicti XIII constit. ed. MDCCXXVIII, die 14 iulii, pontif. V, confirmatur cultus immemorabilis B. Serapioni exhibitio.

Concessio in rubrica.

CCL.

Confirmatur decretum Congregationis episcoporum et regularium de suffragio exprovincialium, exzelosorum et excollegarum Ordinis S. Francisci de Paula.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

§ 1. Alias pro parte dilecti filii Bertrandi Monsinat procuratoris generalis Ordinis fratrum S. Francisci de Paula Minorum nuncupatorum nobis exposito, quod in comitiis generalibus dicti Ordinis anno MDCCIII Massiliae coactis pro felici Ordinis huiusmodi regimine omnibus vocalibus visum fuerat necessarium porrigere nobis supplicationem, quatenus cuilibet exprovinciali nulla sententia irretito vocem in omnibus capitulis tam provincialibus quam definitoriis, etiam in casu mortis seu depositionis aut renunciationis, concedere dignaremur; quod quidem propositum, tamquam divinae gloriae incremento, regularis observationi proficuum, fratres pro celebratione capituli generalis eiusdem Ordinis Valentiae novissime congregati nedum laudaverant, sed etiam, post maturam et accuratam rei inquisitionem, illud idem privilegium pari ratione ad fratres exzelosos et excollegas generales eiusdem Ordinis unanimi consensione extendendum esse iudicaverant: nos supplicem libellum nobis super praemissis porrectum, ad Congregationem venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositam remisimus; dicta vero Congregatio decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet:

¹ Const. ed. MDCCX, die 6 februarii, pontif. X, concessa fuit alternativa tripartita pro provincia Messanensi.

munerum thesauros dispensationi nostrae a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in terris Sanctorum in caelis cum Christo regnantium venerationem, excitandamque et conservandam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum salutem speramus in Domino profuturum.

§ 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni procuratoris generalis Ordinis beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum nomine nobis humiliter porrectis inclinati, ac de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, vere poenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex quoruncumque conventuum dicti Ordinis, tam hactenus erectis quam in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus, die festo S. Raymundi de Peñafort, eiusdem Ordinis una cum S. Petro Nolasco fundatoris, a primis vespere usque ad occasum solis diei huiusmodi, annis singulis, devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§ 2. Volumus autem ut earumdem praesentium litterarum transumptis, etc.¹

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die IV augusti MDCCXVII, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 4 augusti 1717, pontif. anno XVII.

¹ Reliqua ut supra pag. 704 a (R. T.).

Concessio praedictae indulgentiae ob preces procuratoris generalis.

Decreta capitulorum generalium.

Contrariorum derogatio.

Fidelis transumptum.

Clausulae.

Exordium.

Decretum Congregationis anno mdcclxxvii editum approbatae praedicta.

Sacra Congregatio eminentissimorum et reverendissimorum S. R. E. cardinalium negotiorum et consultationibus episcoporum et regularium praeposita, ad quam sanctissimus Dominus noster supplicem hunc libellum remisit, visâ relatione patris correctoris generalis Ordinis, referente eminentissimo Gualterio, censuit ac decrevit suprascripta duo decreta capituli generalis esse confirmanda, prout praesentis decreti vigore confirmat. Non obstantibus constitutionibus ipsius Ordinis, ac aliis quibuscumque in contrarium facientibus, etc. — Romae xxx iulii mdcclxxvii — F. cardinalis De ABDUA — I. archiepiscopus Damascenus.

Confirmatio Pontificis.

§ 2. Cum autem, sicut dictus Bertrandus prior generalis tam suo quam totius Ordinis huiusmodi nomine nobis denuo nuper exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, pro firmitate illius subsistentia, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti plurimum desideret: nos, ipsum Bertrandum specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum praesentium, auctoritate apostolica, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus; salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis cardinalium.

Clausulae.

§ 3. Decernentes, easdem praesentes litteras etc. 1.

Contrarium derogatio.

§ 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apo-

1 Clausulae ut supra pag. 703 a (R. T.).

stolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, etc. 1.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xii augusti mdcclxxvii, pontificatus nostri anno xvii.

Dat. die 12 augusti 1717, pontif. anno xvii.

CCLI.

Conceditur facultas eligendi commissarios visitatores ex eadem provincia pro provincia Conceptionis B. M. fluminis Ianuarii fratrum Minorum de Observantia Reformatorum 2.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

§ 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Antonius a Plagis, procurator provinciae Conceptionis beatae Mariae Virginis Immaculatae fluminis Ianuarii Ordinis fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod alias quondam Petrus Marinus Sormanus, dum vixit, minister generalis dicti Ordinis, incommodis, expensis, gravissimisque molestiis, quae ex deputatione commissariorum europaeorum, ad visitandas personas 3 et S. Antonii Bahiensis eiusdem Ordinis provincias in Brasiliâ earumque capitulis praesidendum mitti solitorum, proveniebant, simulque vagationibus fratrum, qui

Expositio motivorum.

1 Ut supra pag. 703 a (R. T.).

2 De huiusmodi commissariis vide Innocentii XI const. infra citatas; in huius Pontificis const. ed. mdcclxxvii, die 25 ianuarii, pontif. xvii, confirmatae fuere litterae de visitatore provinciae Chilenensis; const. ed. mdcclxxvii, die 20 augusti, pontif. xvii, revocantur indulta personalia concessa dictae provinciae Conceptionis et S. Antonii; et Benedicti XIII const. ed. mdcclxxiv, die 20 decembris, pontif. i, agitur de visitatore provinciae Assumptionis B. M. Tucumanis.

3 Legerem praedictam sc. provinciam (R. T.).

propter causas appellationum longissimis itineribus se committere cogebantur, opportunis rationibus occurrere volens, nonnullas ordinationes in dictis provinciis servandas fecit per quasdam suas patentes litteras die xxix martii mdcclxxvii expeditas, per quas praecipit ne imposterum ad dictas provincias commissarii visitatores europaei mitti, sed ipsi ex eisdemmet provinciis assumi deberent modo sequenti, nempe ut in quolibet capitulo provinciali secundodictae provinciae S. Antonii novum definitorium tres religiosos ex primodicta provincia Conceptionis B. Mariae Virginis Immaculatae in commissarios visitatores eiusdem provinciae S. Antonii eligeret, eorumque nominatio ad dictum ministerium generalem; data prima occasione discessus alicuius navis ad partes europaeas, sub poena suspensionis a divinis, tam a ministro provinciali quam ab aliis, qui praemissa neglexissent, incurrenda, mitteretur, itaut visitatores commissarii unius provinciae ex alia reciperentur; et alias, prout in praedictis litteris patentibus, per quasdam felicis recordationis Innocentii PP. XI die xiii maii dicti anni desuper in simili forma Brevis expeditas confirmatis, uberius dicitur contineri. Postmodum vero, cum quondam Philippus a Matre Dei, procurator dictae provinciae S. Antonii, bonae memoriae Alderano, dum vixit, episcopo Ostiensi S. R. E. cardinali Cybo nuncupato, tunc dicti Ordinis apud Sedem Apostolicam protectori, exposuisset, quod dicti commissarii visitatores, sive ex Portugalliae sive ex fluminis Ianuarii provinciis huiusmodi selecti fuerant, ex se ob magnam distantiam commissum sibi munus minime adimplere poterant, ipse Alderanus episcopus cardinalis et protector, de consensu et approbatione defini-

1 Male edit. Main. legit 3 (n. T.).

tori generalis et ministri generalis praedicti Ordinis, die xi augusti mdcclxxviii per suum decretum praecipit et mandavit, ut de cetero in capitulis provincialibus praedictae provinciae S. Antonii tres religiosi seligi possent, iisque ministris vel commissariis generalibus pro tempore existentibus proponi deberent, ad hoc ut unum ex his in commissarium visitatorem eiusdem provinciae constituerent et deputarent, et, in defectum primi, alterum subrogarent, quam quidem deputationem ad eandem provinciam quamprimum remittere deberent ad hoc ut commissarius visitator intra tempus a constitutionibus Ordinis huiusmodi praescriptum visitationem assumere et complere posset; et alias, prout in eiusdem Alderani episcopi cardinalis et protectoris decreto ac litteris apostolicis in simili forma Brevis die xxviii eiusdem mensis augusti super illius confirmatione emanatis, quorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Sicque praedicta provincia S. Antonii hucusque gubernata fuit.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, memoratus Antonius procurator, quo praedictis inordinationibus, quibus dicta provincia sua de praesenti obnoxia reperitur, occurrere valeat, praedictae suae provinciae eandem facultatem, quae provinciae S. Antonii concessa fuit, a nobis concedi plurimum desideret: nobis propterea humiliter supplicari fecit ut in praemissis opportune providere et ut in infra indulgere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur, ipsius Antonii procuratoris votis in praemissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excom-

Concessio dictae facultatis pro provincia Fluminis Ianuarii.

1 Potius lege tique (R. T.).

monitionis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui relationes iam defuncti procuratoris generalis et dilecti filii moderni vice-prioris generalis dicti Ordinis Discalceatorum et Recollectorum super eisdem praemissis dictis cardinalibus factas audiverunt, consilio, fratribus defintorii primodictae provinciae facultatem eligendi in eorum capitulis provincialibus tres religiosos benemeritos, et quos magis idoneos iudicaverint, eosque ministris vel commissariis generalibus pro tempore existentibus proponendi, ad hoc ut ex iis tribus unum commissarium visitatorem eiusdem provinciae constituent et deputent, et, in defectum primi, alterum subrogent, ac deputationem ad eandem provinciam quamprimum remittere debeant ut commissarius visitator intra tempus a constitutionibus praescriptum visitationem assumere et complere possit, auctoritate apostolica, tenore praesentium, concedimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate dictae Congregationis cardinalium.

§ 3. Decernentes, easdem praesentes litteras semper firmas, etc.¹

§ 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon provinciarum et Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, etc.²

Datum Romae, apud S. Mariam Ma-

¹ Reliqua ut supra pag. 703 a (R. T.).

² Reliqua ut ibid. (R. T.).

iozem; sub annulo Piscatoris, die VII septembris MDCCLXVII, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 7 septembris 1717, pontif. anno XVII.

CCLII.

Confirmantur nova capitula regiminis civitatis Recineti¹.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

Paterna cura, quam de nostris et S. R. E. etiam quoad temporalia subditis gerimus, circa nos urget atque impellit, ut ea, quae pro felici civitatum et terrarum ditionis temporalis eiusdem Sedis regimine et gubernio provide constituta esse noscuntur, quo firma semper et illibata persistent, apostolici muniminis praesidio roboremus, ut in Domino salubriter expedire arbitramur.

§ 1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii communitas et homines ac regimen civitatis nostrae Recinetensis, quod, cum ipsi, ob rerum ac temporum varietatem, antiqua capitula, ad bussolum ipsius regiminis spectantia, quae aliàs, nempe usque ab anno MDCIII, a consilio tunc existente dictae civitatis facta fuerunt, provide remove existimassent, per quatuor deputatos, cum facultatibus necessariis et opportunis ad id electos, quaedam nova capitula de cetero servanda formari et stabiliri, illaque subinde in publico eiusdem civitatis consilio die XXII iunii

¹ Antiqua capitula edita fuere anno MDCIII, et hac de re vide Alexandri VI const. ed. MDCXIII, die 20 maii, pontif. I; Innocentii XII constit. ed. MDCXCVIII, die 9 augusti, pontif. VIII, reformantur constitutiones pro regimine civitatis Laurentanae; et Benedicti XIII constit. ed. MDCCXXV, die 12 decembris, pontif. II, extenditur quaedam constitutio ad ornatum civitatis Beneventanae spectans.

proxime praeteriti accurate examinari ac omnium suffragiis approbari curarunt, prout continetur in scriptura desuper confecta tenoris qui sequitur, videlicet:

In nomine Domini. Amen. Haec est copia, etc.

Novi capitoli ed ordini per lo reggimento della città di Recanati.

Causa et ob-
servantia eorum
capitulorum.

Giacchè, variato il sistema delle cose, insorge la necessità di nuove disposizioni, mentre le diverse età richiedono diversi costumi, e le leggi, quali furono una volta necessarie per il buon ordine e maneggio de' pubblici interessi, cangiandosi i tempi, esigono ancor esse mutazione; si stabilisce che per beneficio del pubblico si osservino inviolabilmente nelle rinnovazioni del bussolo li seguenti capitoli, che dovranno per l'avvenire servire per regola, riservandosi l'approvazione della sacra Consulta, attesi gli ordini precedenti della medesima, che l'anno 1675 e l'anno 1690 ordinò che niente s'innovasse, per essere stati in quel tempo concepiti in forma totalmente innovativa e pregiudiziale, si anche per maggior fermezza di essi, salva però sempre la facoltà che dallo statuto si dà al consiglio nel libro I, rubr. VIII, e lib. IV delle rifermanze, fol. 209.

De redditibus
aggregandorum
ad regimen.

I. Essendo convenevole che il gentiluomo possieda tanto quanto sia sufficiente per mantenere decentemente il suo grado, li signori di magistrato non possano nè debbano proporre per aggregare al reggimento alcuno de' nostri cittadini o forastieri (gli autenati de' quali per linea paterna non vi sono mai stati aggregati, che siano però nati di legittimo matrimonio, onorati, che siano vissuti e vivano civilmente, e che supplichino in scriptis di esservi ammessi, sottoscritta la supplica di proprio carattere in forma autentica), se prima non si proverà che possieda in beni stabili e fruttiferi, in censi o in simili capitali, il valore tutto suo libero almeno di scudi duemila nel nostro territorio, o altrove, non compresi il valore della casa della sua propria abitazione, quando questa sia di sua

propria ragione, e dettratti i debiti ed ipoteche; dichiarandosi però, che quando la medesima casa è capace non solo da abitarsi dal padrone, ma che, oltre il bisogno di esso, potesse anche affittarsene una parte, in tal caso quella porzione, che potrà affittarsi, debba computarsi nel capitale delli suddetti scudi duemila a giudizio de' periti, come anche debba computarsi in simile capitale la dote, quando questa fosse pingue, in maniera tale, che nel caso della restituzione, con il lucro dotale, resti sempre a favore dell'aggregando il predetto capitale di scudi duemila, ed inoltre paghi per la sua ammissione scudi duecento di moneta romana, da erogarsi in pubblico beneficio a disposizione ed arbitrio del generale consiglio, a cui però rimanga sempre la libertà d'aggregazione di quei soggetti, che per giusti motivi fossero giudicati meritevoli, senza lo sborso predetto.

II. Non possa il magistrato proporre quelli di qualunque famiglia, si aggregata che da aggregarsi, quali esercitassero arti vili e meccaniche, che secondo il ius comune derogano alla nobiltà che porta seco il nostro reggimento, e se l'esercitassero dopo la loro ammissione, restino ipso iure et ipso facto senz'altra dichiarazione rasi e cassi dal reggimento; preceduta però monizione del generale consiglio per atto pubblico e rogito del nostro segretario, ovvero che tale unica monizione venga fatta per ordine del magistrato pro tempore residente, assegnandosi a chi contravenisse a quest'ordine il termine di giorni quindici ad emendarsi; nel bussolo però susseguente si possano proporre in loro luogo i di loro figli, quando non avessero anch'essi il medesimo ostacolo, nel qual caso militi l'istessa disposizione per l'inabilitazione come sopra: conforme anche si possano proporre i di lui più prossimi parenti dalla linea paterna, ma con le medesime circostanze e cautele che si contengono in questo e nell'antecedente capitolo: non siano però compresi in questo divieto quelli che avessero esercitato o esercitassero la mercatura nella maniera e forma permessa dalla santa memoria di Cle-

De artibus
sistens permissa
etia.

mente Papa X, giacchè in tal modo non rimane pregiudicata la loro nobiltà.

iv. Che il numero de' consiglieri non possa essere minore di sessanta, a fine di potere con facilità adunare i consigli per i pubblici interessi in numero sufficiente di trenta; resti però in arbitrio e libertà del medesimo consiglio di augumentare il sopraddetto numero di sessanta per giusti motivi che a ciò l'inducessero, senza però pregiudizio delle famiglie presentemente aggregate.

v. Sebbene i dottori delle famiglie che sono ammesse non sono stati per ragione del loro dottorato capaci di godere di questo magistrato per le proibizioni antiche che vi erano, ad ogni modo che in avvenire anche loro possano ammettersi, giacchè per li maneggi de' pubblici interessi possono i medesimi considerarsi con fondamento più che idonei.

vi. Ed acciocchè le cose passino con quiete, e quelli che tenteranno d'essere ammessi di reggimento, o che saranno ammessi per altra via che per la forma sopra espressa e da esprimersi più a basso ne' presenti capitoli, siano anch'essi tenuti di pagare al pubblico scudi duecento, come sopra, e nulladimeno non s'intenda passare questa dignità ne' figli e successori.

vii. E perchè nessuno alleghi ignoranza di questi ordini, in ogni refezione del bussolo si debbano leggere ad alta voce nel consiglio dal segretario, avanti di celebrarlo, de' quali i signori di magistrato ed ognuno de' consiglieri dovrà giurare l'osservanza.

viii. E non essendo l'esperienza in chi non sono gli anni, nessuno, o sia della città o forastiere, possa ammettersi di reggimento, se non averà compiti li diciotto anni di sua età, da provarsi legittimamente.

ix. Si appartenga al magistrato dell'ultima palla la rinnovazione del bussolo, il consiglio di cui sia valido e sufficiente con numero di trentacinque consiglieri, compresi li signori di magistrato, quale dovrà intraprenderla prima che passi il quinto giorno del bimestre, con far esprimere dai banditori essere il consiglio da celebrarsi per rinnovare lo stesso bussolo, e prima

non si possa far consiglio d'altri negozi; e dandosi il caso che per mera colpa d'esso magistrato dell'ultima palla, o de' consiglieri che non intervenissero, non potessero effettuarsi, si stabilisce ed ordina, che tanto contro il detto magistrato che mancasse alle sue diligenze, quanto contro li consiglieri che non intervenissero senza legittimo impedimento, debba esigersi la pena di scudi quattro per ciascheduna volta contro ognuno del magistrato e contro ognuno de' consiglieri che avesse mancato come sopra, da esigersi manu regia e senza alcuna citazione dal camerlengo pro tempore; qual pena incorsa dovrà subito porsi dal segretario della città al libro di esso camerlengo, ed applicarsene la metà in scomputo e diminuzione de' pesi camerali, e l'altra metà in beneficio e ristoro del pubblico palazzo, con la pena ancora al segretario di uno scudo per ciascuna volta, e per ciascun soggetto che omettesse nella detta descrizione, da applicarsi similmente come sopra.

x. In ogni rinnovazione di bussolo si osservi quest'ordine. Si estraggano prima da' soliti bussoli quattro capopriori, quattro dicitori, e quattro consiglieri, uno per quartiere, li quali subito estratti vadano insieme con li signori di magistrato nella camera dove deve farsi lo scrutinio segreto, senza parlare a nessuno degli altri rimanenti, e le schedole estratte di quelli che fossero assenti, siano lacerate.

xi. Giunti in detta camera, tutti li sopraddetti, ed anche il segretario, giurino prima di tener segreto ciò che è per farsi e discorrersi, e di osservare quanto si dispone ne' presenti capitoli; dopo di che i signori di magistrato propongano prima i legittimi successori de' loro antenati defunti, e non mai i figli di famiglia, viventi i di loro padri, salvo se non fossero figli legittimi e naturali di persone ecclesiastiche, quali legittimi successori dovranno passarsi solamente nella sala del generale consiglio per la maggior parte de' voti favorevoli, e successivamente le suppliche di quelli da aggregarsi di famiglie non più aggregate, con la regola già detta; indi propongano quei

De numero consiliariorum.

De doctoribus magistratibus adscribendis.

De adscribendorum usuro.

De eorum capitulorum observantia.

De aetate regimini adscribendorum.

De renovacione et iudicantibus.

De electione capituli priorum et dicatorum, vulgo dicatori, necnon regimini adscribendis.

Modus electionis describitur.

consiglieri che giudicano degni d'essere promossi alli gradi del capo-priorato e dicitorato, e se li proposti in uno de' suddetti casi riporteranno due terzi de' voti favorevoli, vadano li suddetti elettori a riproporli nella sala del consiglio, dove basterà che ottengano per la maggior parte de' voti favorevoli, avvertendosi di non conservare alcuna memoria di quelli che nello scrutinio secreto fossero perduti, anzi si abbrucii dal segretario alla presenza di tutti gli astanti per togliere ogni amarezza ed odiosità; per il quale effetto e ad ogni altro buon fine fu indotto il suddetto giuramento de secreto observando; ed inoltre, seguita ogni ballottazione, il segretario debba nel solito bacile mostrare i voti prima a' signori di magistrato e successivamente a tutti gli elettori.

De ordine inter consiliarios.

xii. Li signori di magistrato residenti non possano in quel bussolo proporre se stessi nè alcuno degli elettori assistenti per capopriore o per dicitore, e quando si scrutina alcuno nella camera, si per l'aggregazione come per li predetti gradi, debbano uscire i suoi prossimi parenti, cioè padre, avo, suocero, genero, fratello, cognato, zio e nepoti carnali, e riportandosi poi nella sala, oltre i soprannominati parenti, debba anche uscire chi si scrutina, e succedendo per qualche straordinario provvedimento l'aggregazione d'alcun nostro cittadino o forastiere fuori di tempo della rinnovazione del bussolo, s'osservino inviolabilmente le solennità e regole sopra espresse.

De praecedentis.

xiii. Per togliere i dispareri e le discordie che potessero nascere per le precedenzae nel sedere e nell'andare, benchè tutto il consiglio formi un solo corpo di una stessa qualità e natura, e perciò non vi sarebbe bisogno di disporre; si osservi tuttavia per ogni buon fine quest'ordine, cioè il primo luogo sia del capo-priore, il secondo del dicitore, poi gli altri priori precedano fra di loro secondo la maggiore età, alla riserva però di quelli nuovi che fossero estratti per la prima volta, quali dovranno avere per quel bimestre l'ultimo luogo, senza attendere l'età suddetta.

De reliquis

xiiii. Finiti che saranno gli scrutini, si

licenzii il consiglio generale, ma restino li signori di magistrato e gli elettori suddetti a compire il bussolo, nè possano partirsi dal palazzo finchè non l'averanno chiuso, restando però la facoltà libera al magistrato di concedere licenza a qualcuno de' medesimi che per giusta causa non potesse trattenersi; e nel formare le schedule, ed ivi nell'unire i nomi de' consiglieri, si posponga il proprio comodo ed interesse al pubblico beneficio.

peragenda in renovacione urbanae.

xv. Si dovranno perciò formare tante palle che siano proporzionate al numero de' consiglieri, alla ragione di quattro per palla, in ognuna delle quali si descriva il nome di un capo-priore, di un dicitore e di due altri priori, avvertendosi di non accoppiare in alcuna di dette palle quelli che fossero tra di loro parenti carnali soprannominati; e perchè difficilmente potrà riuscire il numero giusto per fare le palle a quattro per ciascuna, si possano anco fare, secondo il bisogno, di cinque e di tre. Ed in evento che dentro lo scrutinio secreto o in sala del generale consiglio rispettivamente fossero perduti tutti i soggetti proposti da' signori di magistrato per capo-priori o per dicatori, i medesimi con li signori elezionari ritornino nello scrutinio secreto per empire quei luoghi, servate però le disposizioni e leggi stabilite nel capitolo x; quindi ogni schedula s'involga in una palla di cera dorata o inargentata, le quali si rinchiudano per mano del segretario nel solito bussolo con il sigillo pubblico, da riporsi poi nella solita cassa del reggimento, per estrarne una in ogni bimestre alli 12 del secondo mese, il che però non dovrà aver luogo quando succedesse di farsi il bussolo dopo il tempo suddetto, mentre in tal caso bisognerà accomodarsi alla necessità per l'estrazione della prima palla.

De forma achedularum in publicis includendarum.

De electione reliquorum officiarum.

divisi in quattro parti, se ne riponga una parte per ciascuu bussolo, come pure del bussolo degli anziani che devono assistere in tutti li consigli generali, ancorchè non fossero consumati. Ma li bussoli degli elettori, ossia elezionari, de' sindacatori del magistrato, e de' deputati della terza chiave, non si rinnovino finchè non sono affatto consumati, alla riserva delli due bussoli degli elezionari, capo-priori e dicatori, se in ognuno di essi bussoli ne fossero rimasti meno di quattro, nel qual caso si estraggano quelli che si trovano, come si è detto al paragrafo ix, e poi si rifaccia immediatamente il bussolo nuovo di detti capipriori e dicatori, per estrarne subito quanti ne mancassero per compire il numero di quattro.

xvi. Venendo il caso che qualunque degli aggregati non abitasse nella nostra città, venga ammesso in tutti li bussoli come gli altri, purchè però l'assenza non passi il decennio, nel qual caso sia descritto il suo nome in ogni refezione del bussolo nel catalogo de' consiglieri e nel bussolo de' spicciolati, ma non già nelle palle suddette, ove verrà rescritto alla prima refezione del bussolo dopo che sarà ritornato ad abitare.

xvii. E perchè ogni grand' affare deve cominciare e finire col nome di Dio, perciò prima di dar principio al consiglio già adunato per la rinnovazione del bussolo, si dica ad alta voce l' inno dello Spirito Santo con la sua orazione; e finito che sia il bussolo, si dica il *Te Deum laudamus*, etc.; terminato il quale, al suono delle trombe e delle campane della nostra torre, si riponga la detta cassa del reggimento, accompagnata davanti dalla famiglia di palazzo, e dietro da signori di magistrato, elettori e segretario, sino al luogo dove dovrà conservarsi.

xviii. Quando li signori di magistrato ed elettori non osservassero interamente in tutto o in parte quanto si dispone ne' presenti capitoli, ovvero che da alcuno dei consiglieri si operasse che dette disposizioni non si osservassero, incorra, ciascuno di essi signori di magistrato, elettori e consiglieri che delinquessero, nella pena di scudi

cinquanta e nella privazione di tutti gli uffizi onorevoli, anche del magistrato, per cinque anni, da applicarsi la pena pecuniaria per la metà per la fabbrica del palazzo, e per l'altra in diminuzione de' pesi camerali, come si è disposto al § viii.

xix. Non si possa proporre nel bussolo, nè per priore, nè per dicitore, quello che nel bussolo finito non avesse preso l'uffizio di magistrato.

xx. Che con i presenti capitoli s'intenda derogato non meno a quelli del 1603 che alla Bolla di Alessandro VI dell'anno 1493 che comincia *Etsi*; al quale effetto si dovrà procurare la conferma accennata nel principio della sacra Consulta, *facto verbo cum Sanctissimo*, ed anche un Breve confirmatorio della Santità di nostro signore, con la deroga espressa alla detta Bolla del Pontefice Alessandro VI, ed a qualsivoglia cosa in contrario.

GIOVANNI COWDULMARI, uno de' capo-priori, deputato.

GIROLAMO CONFALONIERI, uno de' dicatori, deputato.

GIOVANNI FELICE ANGELITA, uno de' dicatori, deputato.

MARC' ANTONIO MASSUCCI, deputato.

Capitula praedicta ut supra reformata per dominos deputatos fuerunt lecta, accurate examinata et approbata a generali concilio celebrato sub die xxii iunii MDCCLXVII, quadraginta novem suffragiis favorabilibus, nemine penitus discrepante. Ita est: Franciscus Liberatus, notarius publicus de Visso Spoletanae dioecesis, ad praesens illustrissimae communitatis civitatis Recineti a secretis, etc. In fide, etc., hac die xxv iunii MDCCLXVII Salvâ, etc.

In causâ Recinetensi reformationis capitulorum sacra Consulta habita sub die xiv iulii proxime praeteriti, occasione recursus, visâ relatione gubernatoris Marchinae, rescripsit, prout infra, videlicet: Pro approbatione capitulorum iuxta resolutionem consilii. In quorum fide, etc. Datum Romae, hac die xi augusti MDCCLXVII. — A. BANCHERIUS, secretarius.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositione subiungebat, ipsi exponentes, ne de praemissorum validitate ab aliqui-

De alia non eligendis.

De confirmatione horum capitulorum et abrogatione contrariorum.

Approbatio Congregationis Consultae.

Confirmatio apostolica relationum capitulorum.

bus dubitari contingat, illa apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desiderant: nos, ipsos exponentes specialis favore gratiae prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum eiusdem S. R. E. cardinalium super consultationibus negotiorum Status Ecclesiastici huiusmodi deputatorum consilio, omnia et singula capitula noviter condita praedicta, confectamque desuper scripturam praesentam, cum omnibus et singulis in eâ contentis, auctoritate apostolicâ, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robor adiciamus, ac omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: salvâ tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem cardinalium.

§ 3. Decernentes, easdem praesentes litteras firmas, etc. 1.

§ 4. Non obstantibus quibusdam felicis recordationis Alexandri Papae VI praedecessoris nostri litteris desuper XIII kalendas iunii MDCXCVIII, pontificatus sui anno I, sub plumbo expeditis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon dictae civitatis, aliisque quibusvis, etiam iuramento, confirmatione apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis et con-

1 Reliqua ut supra pag. 703 a (R. T.).

suetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis et litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis; quibus omnibus et singulis, etc. 1.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub anulo Piscatoris, die XX septembris MDCCLXVII, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 20 septembris 1717, pontif. anno XVII.

CCLIII.

Declaratur nullum edictum a saeculari potestate Sabaudiae et Pedemontii editum in praeiudicium supremi domini S. Sedis in quibusdam locis mensae episcopalis Astensis 1.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Alias (ad retundendas graves et frequentes molestias, quas ministri saecularis potestatis in ducatu Sabaudiae et principatu Pedemontii subditis et feudatariis huius Sanctae Sedis locorum Montanae, Cisternae et Cortansae, Astensis dioecesis, non sine manifesto directi et supremi domini ad nos et eandem Sedem in praedictis locis unico et private spectantis praeiudicio, iam pridem intulerant, novasque, quas illis inferre minabantur), instante tunc existente commissario generali Camerae nostrae Apo-

1 Reliqua ut supra pag. 703 a (R. T.).

2 Hac de re vide Pii V constit. edit. MDLXVIII, die 8 maii, necnon MDLXIX, die 19 aprilis; Pauli V const. ed. MDCXII, die 10 februarii; Alexandri VI const. ed. MDCLVIII, die 20 augusti. In huius Pontificis const. ed. MDCCLVII, die 17 maii, pontif. VII, et constit. edit. MDCCLXIII, die 8 iulii, pontif. XIII, nullum declaratum fuit edictum sub nomine ducis super quibusdam censuris; et constit. edit. MDCCLXIX, die 17 augusti, pontif. XIX, nullum declaratum fuit edictum senatus Taurinensis in praeiudicium ecclesiasticae libertatis.

Ob molestias subditis et feudatariis illatis intimatum fuit monitorium da non alio recognoscendo domino praeter Sedem Apostolicam.

Clausulae particulares.

Contrariorum derogatio.

De regimini adscriptis abscissibus.

De praesentibus et gratiarum actione in consilio.

De pennis in contrariis incutis.

stolicae, per dilectum filium nostrum Ioannem Baptistam S. R. E. cardinalem Spinulam nuncupatum eiusdem S. R. E. camerarium die VIII augusti MDCCII expeditum atque transmissum et eorumdem feudorum syndicis praesentatum necnon feudatariis eo quo licuit modo intimatum fuit monitorium, quo districte prohibebatur ne alium supremum dominum praeter Sedem Apostolicam et Romanam Ecclesiam recognoscere auderent. Cumque subinde, ad patrimonialis generalis nuncupati dictae saecularis potestatis requisitionem, mense septembris eiusdem anni per cameram, quam vocant, computorum ducatus ac principatus praedictorum publicatum et respective intimatum fuisset quoddam edictum, seu decretum, quo, praevia declaratione nullitatis et invaliditatis praedicti monitorii, tam ipsis feudatariis (qui eatenus Sedem praefatam tamquam dominam directam eiusque supremam auctoritatem constanter recognoverant, ipsa etiam saeculari potestate id approbante) quam syndicis universitatum atque vassallis, sub gravissimis poenis, praecipiebatur quod de cetero supremam tantum eiusdem saecularis potestatis auctoritatem recognoscerent; et ad huius edicti publicationem praefatarum universitatum syndicos vi metuque praefati ministri compellere tentassent, omnibusque reuentibus, nonnulli, in civitate Astensi deprehensi, carceribus mancipati, alii vero, qui ad illam accedere recusaverant, militaribus copiis a dictis feudis violenter extracti, similiter detenti fuissent, morte etiam sclopo illata alteri ex ipsis, qui fugam sibi consulere studuerat: nos, praedictos aliosque multiplices ac detestabiles eiusdem saecularis potestatis abusus diutius dissimulare non valentes, praefatum aliaque plurima edicta seu decreta, ordinationes et man-

data, et alia quaelibet a senatibus, magistratibus, iudicibus, officialibus, aliisque ministris dictae saecularis potestatis, in praedictum libertatis, immunitatis et iurisdictionis ecclesiasticae atque auctoritatis apostolicae respective quovis modo emanata et gesta, cum omnibus et singulis inde secutis et quaecumque secuturis, per quasdam nostras in simili forma Brevis litteras, die XVII maii MDCCVII desuper expeditas, nulla, irrita, invalida, damnata et reprobata esse et ab initio fuisse ac perpetuo fore declaravimus, et, quatenus opus esset, ea omnia et singula damnavimus, reprobavimus, revocavimus, annullavimus, abolevimus; et alias, prout in nostris litteris supradictis, quarum tenorem praesentibus, pro plene et sufficienter expresso et inserto haberi volumus, uberius continetur. Ceterum, cum, post earumdem nostrarum litterarum publicationem, adhuc praefati ministri a vexandis subditis et feudatariis memoratorum locorum minime destitissent, quinimo, prioribus molestiis novas maioresque in dies adiacentes, non solum praedictos, sed etiam subditos et feudatarios loci de Cortanzerio eidem Sedi pariter subiectos variis etiam contributionibus aliisque oneribus non minus iniuste quam temere gravare praesumpsissent, ad huiusmodi intolerabiles ausus reprimendos plura alia successive monitoria, ad tunc pariter existentis commissarii generalis dictae Camerae Apostolicae instantiam, ab eodem Ioanne Baptista cardinali et camerario die XXIV iulii, VII augusti et VII octobris MDCCXI, ac postremo die XXIII maii MDCCXVI etiam de speciali mandato nostro edita ac respective intimata fuerunt, quibus, innovata feudatariis et subditis praefatarum locorum memorata prohibitionem de non recognoscendo alium in supremum dominum

quam Sedem praefatam, ipsis sub gravium poenarum comminatione inter alia iniungebatur, ne contributiones aliave onera sibi a dicta saeculari potestate imposita vel imponenda persolvere seu persolvi facere auderent, aut quoquo modo praesumerent; et alias, prout in praefatis monitoriis, quorum tenores praesentibus pro plene itidem et sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur.

Edictum regium quo recensita attentata defenduntur et praefata monitoria continentur.

§ 2. Cum autem, sicut nuper non sine ingenti animi nostri molestia accepimus, ad eiusdem patrimonialis generalis supplicationem sub nomine praedictae saecularis potestatis prodierit quoddam praeceptum sive edictum typis impressum, quod una cum supplicatione huiusmodi non alio quidem quam illud penitus et omnino damnandi et reprobandi animo praesentibus inserendum duximus, tenoris qui sequitur, videlicet:

Sacra real maestà. Rappresenta il consigliere e patrimoniale generale di V. M., essersi nel mese scorso pretesi pubblicare asserti monitori sotto nome del signor cardinale Spinola nei luoghi d'indubitato dominio di V. M. esistenti nel contado d'Asti, Cisterna, Cortanze, Montafia e Cortanzone, tendenti li medemi a rimuovere li sudditi ed abitanti, come pure li vassalli di esse terre, dall'obbligo che a' medemi corre di non riconoscere altri in loro signore e sovrano che V. M. e suoi reali successori, in data li predetti monitori delli 23 maggio scaduto, sotto pretesto che siano sotto l'immediato dominio della Santa Sede, e ciò in conformità di altri monitori già pretesi di pubblicare negli anni 1702, 1707 e 1711. E quantunque l'esponente sia persuaso essersi già da V. M. sufficientemente provisto in difesa delle indubitate ragioni che le competono in detti luoghi e feudi, tanto in dipendenza di detto contado che d'altri titoli irrefragabili, oltre l'antico e indubitato possesso comprovato da continuati e successivi atti possessori, come resta notorio con

aver lassato li rescritti camerari sotto li 11 settembre 1702 e 9 maggio 1702¹, proibitivi tanto alli vassalli che sudditi e abitanti in essi luoghi d'ubbidire alli detti monitori, con specifico precetto a' medemi di non dover riconoscere nè ubbidire ad altri in qualità di sovrano signore, che ad essa V. M. e suoi reali successori, sotto le pene in essi rescritti comminate, e come meglio dal contenuto in essi si vede; tuttavia, acciocchè, sotto pretesto de' suddetti asserti nuovi monitori, quantunque evidentemente invalidi, nulli, abusivi, orretizi e surretizi, nessuno de' suddetti vassalli, sudditi e abitanti abbia l'ardire di declinare dall'obbligo loro vassallizio e sudditale verso V. M., e far cosa pregiudiziale al servizio della medema, ha pensato per ogni maggior precauzione aver ricorso da vostra sacra real maestà, supplicandola umilmente degnarsi di dichiarare, come ne' precedenti rescritti sopra riferiti del 1702 e 1709, non aver potuto nè potere li suddetti asserti monitori, e qualunque altra provizione di consimile natura, come nulli, surrepiti et orrepiti, invalidi, insussistenti, ed evidentemente abusivi, recar verun pregiudicio alle suddette ragioni ed esercizio dell'alto dominio e sovranità di V. M., meno indurre alcun obbligo di non dover riconoscere in essi feudi e loro territorio, nè ubbidir ad altri in qualità di sovrano signore che V. M. e suoi successori, sotto gravi e gravissime pene, eziandio corporali, da incorrersi irremissibilmente dai trasgressori; dichiarando l'esecuzione da farsi in persona de' rispettivi vassalli o domestici loro, e per pubblicazione e affissione di copia agli albi pretori della città di Asti e di detti luoghi valere, e che alla copia stampata dallo stampatore di V. M. si debba prestar tanta fede come al proprio originale, il che, ecc. Il patrimoniale generale di V. M. Vittorio Amedeo, per grazia di Dio re di Sicilia, di Gerusalemme e di Cipro, ecc., duca di Savoia e Monferrato, ecc., principe di Piemonte, ecc. — Veduta nella Camera nostra de' conti l'allegata supplica

¹ Videtur legend. 1709, ut paulo post (R. T.).

sottoscritta dal patrimoniale nostro generale con li precedenti rescritti ivi riferiti e designati, ed il tenor del tutto ben considerato, per lo presenti col parere e partecipazione d'essa Camera dichiariamo, come in detti precedenti rescritti del 1702 o 1709, non aver potuto né potere li asserti monitori, di cui si tratta, e qualunque altra provvisione di consimil natura, come nulli, surrappiti, orrepiti, invalidi, insussistenti, ed evidentemente abusivi, recar verun pregiudicio alle ragioni ed esercizio dell'alto dominio e sovranità nostri, meno indurre alcun obbligo alli vassalli, sudditi de' luoghi narrati d'ubbidire alli precetti portati da' suddetti monitori; anzi facciamo positivo precetto a' medesimi di non dover riconoscere in quei feudi e loro territorio, né ubbidire ad altri, in qualità di sovrano signore, che a noi e nostri reali successori, sotto gravi e gravissima pene eziandio corporali da Incorrersi irremissibilmente da' transgressori; dichiarando l'esecuzione di queste da farsi al modo supplicato valere, e che alla copia stampata dallo stampator nostro si debba prestar tanta fede come al proprio originale, chè tal è nostra mente. Dato in Torino, li 31 agosto 1716. — Per S. M., a relazione di detta Camera, il segretario della medema Camera. — In Torino, stampato dallo stampatore di S. M., 1716¹.

Decatur memora-
ta loca perti-
nere ad episcopum
Astensem
adque sube-
se pontificio do-
minio, quod plura
res pontifices
vindicanant.

Memorata vero et plura alia loca, variis temporibus a tunc existentibus episcopis Astensibus in feudum concessa diversis personis, ad eosdem episcopos Astenses eorumque mensam episcopalem ex liberâ et irrevocabili donatione imperatorum, regum ac piorum fidelium, aliisque legitimis titulis, non autem ad alium quemcumque spectasse et spectare dignoscantur; ac proinde ambigi aut inficiari nequeat, quin illa sub alto et supremo dominio ac superioritate nostris et S. R. E., non autem dictae saecularis potestatis aut alterius cuiuscumque,

¹ Edit. Main. legit 1706 (R. T.).

fuerint ac sint, et censeri debeant, nec non feudatarii, vassalli et homines eorumdem locorum nullius alterius praeterquam nostrae et dictae Sedis superioritati fuerint ac sint vere subiecti; et, quemadmodum ipsi nullum alium in supremum dominum recognoscere tenentur vel debent, ita nemini, nisi nobis et eidem Sedi, licuerit vel liceat iura superioritatis et supremi domini in loca, vassallos et homines huiusmodi exercere; nec minus compertum sit Romanos Pontifices praedecessores nostros, dictae ecclesiae Astensis iuribus ac Sedis praefatae superioritati et dominio huiusmodi tuendis et conservandis iugiter intentos, non omisisse ea a quorumcumque ausibus et attentatis, si quandoque impeti aut violari contigit, peculiari studio ac sollicitudine asserere et vindicare (satis namque perspectum esse novimus, quod dudum felicitis recordationis¹ Papa V praedecessor noster bonae memoriae Emmanuelem Philibertum, dum vixit, Sabaudiae ducem ac Pedemontii principem, qui quaedam onera tunc existentibus feudatariis et subditis eorumdem locorum nulliter et de facto indixerat, post praetensorum iurium ac rationum, sub quorum obtentu idem Emmanuel Philibertus dux ad eiusmodi onerum impositionem devenisse dicebatur, coram commissario specialiter a praedicto Pio praedecessore ad id deputato pro parte ipsius Philiberti ducis deductorum, maturam discussionem, ac demum, compertâ eorum insubsistentiâ, reiectionem, a coeptis apostolici muneris ministerio desistere compulerit; prout etiam notum est quod recolendae memoriae Paulus PP. V etiam praedecessor noster expeditum suum ac Sedis praefatae beneplacitum super qua-

¹ Deest Pius (R. T.).

dam concessione nonnullorum ex praefatis aliisque locis dictae mensae episcopalis per bonae memoriae Stephanum, dum vixit, episcopum Astensem bonae etiam memoriae Carolo Emmanueli, dum pariter vixit, eiusdem Sabaudiae duci et Pedemontii principi titulo permutacionis sub beneplaciti apostolici huiusmodi reservatione factâ tamquam ecclesiae ac mensae episcopali Astensi damnosâ et praeiudiciali, ac superioritatis Sedi praefatae in illis locis competentis¹ laesivâ, non modo non concesserit, sed expresse et solemniter denegaverit, ipsamque concessionem ac instrumentum desuper confectum et in eo contenta quaecumque reprobaverit, annullaverit et cassaverit; ac denique similis memoriae Alexander PP. VII itidem praedecessor noster quoddam praeceptum seu edictum nomine eiusdem Caroli Emmanuelis ducis die II iunii MDCLVIII² evulgatum, in quo ipse Carolus Emmanuel dux supremus dominus aliquot praefatorum locorum perperam enunciabatur, nullum et invalidum cum eiusmodi enunciativis et assertionibus declaraverit, quemadmodum in eorumdem Pii, Pauli et Alexandri praedecessorum litteris, prioribus quidem die VIII maii MDLXVIII et die XIX aprilis MDLXIX, alteris die X februarii MDCLXII, novissimis vero die XX augusti MDCLVIII in simili formâ Brevis desuper expeditis, quarum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur): hinc est quod nos, qui in supremo iustitiae solio a Domino constituti universarum orbis ecclesiarum gerimus curam, quique tam illarum quam Sedis Apostolicae iurium assertores sumus, ne, in tam apertâ eorum et apostolicae auctoritatis oppugna-

Declaratio nullitatis relati edicti regii.

¹ Edit. Main. legit *competenti* (R. T.).

² Male edit. Main. legit 1608 (R. T.).

lione, pastorali¹ officio nostro quoquomodo deesse videamur, memoratorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, in primis vero praenarrata monitoria cum omnibus et singulis in eis contentis approbantes ac confirmantes, et, quatenus opus sit, innovantes, motu proprio, et ex certâ scientiâ ac maturâ deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, edictum seu praeceptum praesertum, et in eo enunciata et contenta quaecumque, cum omnibus et singulis inde secutis, et forsân quandocumque secuturis, penitus et omnino nulla, irrita, invalida, erronea, damnata, reprobata, inania, et a non habentibus potestatem damnabiliter attentata, ac de facto praesumpta, nulliusque roboris et momenti vel efficaciae fuisse et esse, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri, imo nec a quoquam observari potuisse vel debuisse, neque per illa ullum vel minimum praeiudicium iuribus nostris et dictae Sedis ac ecclesiae Astensis eiusque episcopis ac Romanis Pontificibus illatum fuisse vel esse, aut inferri potuisse, nec ullo unquam tempore posse, earumdem tenore praesentium decernimus et declaramus. Et nihilominus, pro maiori et abundantiori earumdem Sedis et ecclesiae Astensis cautelâ, et quatenus opus sit, illa omnia et singula, motu, scientiâ, deliberatione et potestatis plenitudine paribus, harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, viribusque et effectu penitus et omnino vacuumus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis et abolitis, viribusque et effectu penitus et omnino vacuis perpetuo haberi volumus et mandamus, ita

¹ Male edit. Main. legit *pastoralis pro pastoralis* (R. T.).

ut, illis minime non obstantibus, iura nostra et Apostolicae Sedis dictaeque ecclesiae Astensis semper et omni tempore remaneant, sint et serventur, ac censeri debeant sarta, tecta, integra, illaesa et illibata, in omnibus et per omnia, quemadmodum erant ante editionem praefati edicti seu praecepti ceterorumque praemissorum, et perinde ac si illa nunquam emanassent, nec facta fuissent, neque unquam fierent seu evenirent. Decernentes sic et non aliter in praefatis omnibus et singulis censeri per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac nostram Cameram praedictam, eiusque officiales quomodocumque nuncupatos, et eiusdem S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, et quosvis alios quacumque auctoritate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere, et irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. § 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, etiam conciliaribus, necnon legibus imperialibus et municipalibus, et, quatenus opus sit, nostram et Cancellariae Apostolicae regulam de iure quaesito non tollendo, ac plae memoriae Pii Papae IV etiam praedecessoris nostri constitutione de gratiis, quaecumque interesse Camerae Apostolicae concernentibus, in eadem Camera praesentandis et registrandis, itaut praesentes litterae, etiamsi in eadem Camera nullo unquam tempore praesententur et registrentur, nihilominus valeant plenamque roboris firmitatem obtineant, necnon dictae ecclesiae Astensis, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis,

statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis eidem ecclesiae illiusque praesuli, capitulo et quibusvis personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis, in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis et innovatis; quibus omnibus et singulis, eorum omnium et singulorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis et de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, specialiter et expresse derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 4. Cum autem eadem praesentes litterae in locis ditioni praedictae saecularis potestatis subiectis nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum est et nobis notorie constat, volumus illas seu earum exempla ad valvas ecclesiae Lateranensis et basilicae Principis Apostolorum, necnon Cancellariae Apostolicae, Curiaeque generalis in Monte Citorio, ac in acie Campiflorae de Urbe, ut moris est, affigi et publicari, sicque publicatas et affixas, omnes et singulos, quos illae concernunt, perinde arctare et afficere, ac si unicuique eorum nominatim et personaliter intimatae fuissent: utque ipsarum litterarum transumptis, seu exemplis etc.¹

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xx octobris MDCCXVII, pontificatus nostri anno XVII.

Dat. die 20 octobris 1717, pontif. anno XVII.

¹ Reliqua de more solito, ut pag. 704 a (R.V.).

CCLIV.

Confirmantur constitutiones Academiae theologiae in Archigymnasio Romano, cum deputatione protectorum et concessione privilegiorum¹.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a sollicitudine promovendi sacrarum litterarum ac praesertim theologiae facultatis studia.

Inscrutabili divinae bonitatis atque sapientiae providentia ad Ecclesiae catholicae per universum terrarum orbem diffusae regimen, meritis licet imparibus, eveci, inter multiplices pastoralis vigilantiae nostrae curas, sacrarum litterarum ac praesertim theologiae facultatis studia, per quae, depulsa ignorantiae caligine, mortalium mentes luce veritatis illustrantur, ad supernae deitatis essentiam veraciter contemplandam iter panditur, sana doctrina asseritur, catholicae fidei puritas ab haeresibus pravisque dogmatibus gladio spiritus vindicata enitescit, illiusque et divini cultus propagationi ac aliis christianae reipublicae commodis consulitur, ubique locorum, ac praecipue in hac alma Urbe nostra, ex qua doctrinae et bonorum operum exempla in reliquis christiani orbis partes assidue promanant, quantum nobis ex alto conceditur, promovere, excitare et confovere studemus, sicut, omnibus maturae considerationis trutinam perpensis, ad omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiaeque decus et praesidium, ac

¹ Const. edit. MDCCXV, die 12 iunii, pontif. xv, confirmata fuere statuta Academiae Scientiarum Bononiensis; const. edit. MDCCXVI, die 18 novembris, pontif. xvi, suspensa privilegia facultatis theologiae Parisiensis; const. edit. MDCCXXI, die 19 martii, pontif. xxi, confirmantur privilegia universitatis et collegii Urbinatensis; in Benedicti XIII const. edit. MDCCXXIV, die 20 aprilis, pontif. i, erigitur collegium theologorum in civitate Caesinatensi; et const. edit. MDCCXXVI, die 6 maii, pontif. ii, confirmatur et ampliatur praesens constitutio.

Bull. Rom. — Vol. XXI.

99

christifidelium utilitatem cognoscimus in Domino salubriter expedire.

§ 1. Cum itaque alias, nempe ab ipsis pontificatus nostri primordiis, quaedam Academia theologia nuncupata, in qua plures in ea facultate versati, ac etiam magistri seu doctores aut alias graduati, ad plenioram et sublimiorem sacrarum divinarumque rerum cognitionem adspirantes, sacrae theologiae necnon historiae ecclesiasticae disciplinis praecipuam sedulamque operam laudabiliter hactenus navarunt, et adhuc indefessis studiis navare non desistunt, sub auspiciis nostris, ac nobis annuentibus, in Urbe praefata erecta seu instituta sit, eique usum loci in aedibus publici gymnasii Sapientiae nuncupati eiusdem Urbis pro suis conventibus habendis et functionibus peragendis, sub certis modo et forma tunc expressis, assignaverimus et concesserimus; et, sicut plurimorum virorum praestantium testimonio, imo etiam nonnullorum ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, qui litterariis ipsius Academiae exercitationibus et disceptationibus saepius interfuerunt, relatione accepimus; dilecti filii academici, eidem Academiae adscripti, notabiles in praefatis disciplinis progressus iam fecerint, et in dies facere pergant, unde non obscura spes affulgeat, fore ut dicta Academia, benediciente Domino, non solum maiora in posterum suscipiat incrementa, verum etiam suavissimos uberesque fructus in Ecclesia Dei quandoque proferat; in eumque finem praedicti academici pro recto ac felici Academiae huiusmodi gubernio nonnullas constitutiones seu statuta, quae per bonae memoriae Thomam Mariam, dum vixit, eiusdem S. R. E. cardinalem Ferrarium S. Clementis nuncupatum iussu nostro revisa et subinde approbata fuerunt, iam pridem condide-

Institutio, locus et laudes huius Academiae sub auspiciis Sanctitatis Suae.

rint; quorum tenor est qui sequitur, videlicet:

Constitutiones Academiae theologiae.

Constitutiones a cardinali Ferrario approbatae.

Academiae theologiae solum illis patere volumus, qui theologiae saltem quadriennio sedulam operam navarunt.

Horum ingeniiis exercendis, perfectaque doctrinâ imbuendis, bis in hebdomadâ, scilicet feriâ tertiâ et sextâ, de sacris divinisque rebus disputabitur. Alternis theologia, alternis historica disputatio erit; identidem vero vel ad nostrae religionis dogmata pertinentes controversiae vel ad sacras litteras disceptabuntur.

Ab exercitationibus vacatio erit a dominicâ Sexagesimae ad dominicam Quadragesimae; a die Palmarum ad diem dominicam in Albis; et a xvi kalendas octobris ad xv kalendas decembris.

Ex universâ theologiâ atque historiâ ecclesiasticâ praecipuae quaestiones a censoribus selectae triennii disputationibus absolventur. Eorundem iudicio, quae in contrarias partes disputari possunt, quaeve in alteram tantum, decernentur. Ordo in theologicis ad *Summam* divi Thomae; in historicis ad seriem temporum accommodabitur.

In quocumque conventu academicus, cui id fuerit iniunctum, primum ea quae in quaestione versantur, breviter ac luculenter explicabit. Tum duo cum eo solidam horam disceptando decertabunt, ille eorum argumenta et conquisitas rationes acute refellet et confutabit.

Quilibet academicus exacto anno solemnem disputationem habebit; sex horas, tres ante, tres post meridiem, disputabit.

Omnes academicorum munia triennio saltem obibunt, et labores, qua disputando, qua in solemnibus disputationibus accurate disceptando, sustinebunt. Completo triennio, proximum a censoribus locum ac sedem, honoris ergo, habebunt. De omnibus, quae ab academicis consciscuntur, suffragium ferent.

Quicumque sex annos academici munia ubierit et labores subierit, inter censores referendus.

De controversiis disceptandis censoris iu-

dicium erit. Unus minus solemnibus, tres solemnibus disputationibus praesidebunt; quid de illis sentiat¹, indicabunt. Suffragia occulta erunt, soli academico a secretis nota, ut possit, cum fuerit opportunum, doctrinae eiusque² testimonium perhibere.

Academicus a secretis, qui et censor erit, cunctis solemnibus disputationibus unâ cum duobus aliis censoribus praeserit; non solemnibus, tunc cum censorem non adesse contigerit, diem, solemnibus disputationibus statuet. Eum pro iis habendis designabit, quem integrum annum in Academia exigisse constabit; annum autem non dierum, sed laborum cursu metimur. Certiores faciet censores de quaestionibus, quarum disceptationibus debebunt praesidere: eas academicis omnibus, adiecto die ad disputandum destinato, scriptas tradet; controversias disceptandas quolibet mense in tabellâ descriptas exponet; scriptoresque, qui de illis uberius et luculentius disserunt, indicabit. Acta omnium quae gerunt, conficiet; academicorum nomina in albo describet, et tempus, quo adscripti fuerint, adnotabit; academicorum doctrinam, labores, censorum iudicio probatas disputationes, publicis litteris pro cuiusque meritis testabitur.

§ 2. Ac proinde, sicut memorati academici exponi nobis nuper fecerunt, ipsi non minus eiusdem Academiae erectionem seu institutionem, perpetuae usus loci ei, sicut praemittitur, assignati, concessionem, quam constitutiones et statuta praeinserta, quo firmiter subsistant, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri, et aliâ super paternae providentiae nostrae partes interponi plurimum desiderant: nobis propterea humiliter supplicari fecerunt ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolicâ dignaremur.

§ 3. Nos igitur, qui Academiae praedictae prosperum statum et directionem

¹ Potius lege sentiant (R. T.).

² Potius cuiusque (R. T.).

stionis loci et relationum constitutionum, cum nova institutione et concessione.

uberioraque incrementa sinceris exoptamus affectibus, eorundem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, eosque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innotatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas¹ fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, erectionem et institutionem Academiae supradictae perpetuae usus loci ei in aedibus dicti gymnasii ut praefertur assignati concessionem praefatam, necnon constitutiones et statuta praeinserta, cum omnibus et singulis in eis contentis et expressis, auctoritate apostolicâ, tenore praesentium, sine tamen universitatis studii generalis eiusdem Urbis ac cuiusquam alterius praeiudicio, approbamus et confirmamus, illisque perpetuae et inviolabilis apostolicae firmitatis robur et praesidium adiicimus, ac quoscumque iuris et facti defectus, si qui in praemissis quomodolibet interverint, amplissime supplemus. Et nihominus dictam Academiam theologicam, quatenus opus sit, auctoritate et tenore similibus itidem perpetuo erigimus et instituimus, eique perpetuum usum loci praefati denuo concedimus et assignamus.

Lectores theologiae in gymnasio Sapieniae constituuntur censores.

§ 4. Porro, ne unquam in eadem Academia perpetuis futuris temporibus censores, qui academicorum disputationibus praesint, aliasque eis per constitutiones et statuta praeinserta demandatas functiones obire valeant, desiderari contingat, volumus, et eadem auctoritate decernimus, ut praeter et ultra

¹ Edit. Main. legit absolutos (R. T.).

eos in eiusmodi statutis et constitutionibus designatos, omnes et singuli sacrae theologiae in eodem gymnasio lectores, nunc et pro tempore existentes, qui collegium theologorum inibi constituunt, officium censorum in dictâ Academia pariter oblineant. Praeterea, ut academici, nunc et pro tempore similiter existentes, mercedis laborum suorum aliquando recipiendae spe excitati, memoratis disciplinis co impensius solertiusque incumbant, eosdem academicos, qui cuncta Academiae munia sedulo ac laudabiliter adimpleverint, in dignitatibus, personatibus, canonicatibus et praebendis, aliisque beneficiis ecclesiasticis, ac iis praesertim, quibus cura imminet animarum, per collationem vel electionem in cuiusque ipsorum patriis respective providendis, aliis omnibus, ceteris paribus, tam in Romanâ Curiâ, quam extra eam praeferrî volumus et mandamus; serio idcirco requirerentes et monentes venerabiles fratres patriarchas, archiepiscopos et episcopos, necnon dilectos filios nostros et Apostolicae Sedis nuncios, ceterosque praefatos seu locorum Ordinarios, ac quoscumque beneficiorum eiusmodi collatores et collatrices, ut academicos praefatos, quorum multi exteri et ex diversis nationibus existunt, cum eos in suas regiones reverti contigerit, si sese supradictae Academiae adscriptos in eaque diu cum laude versatos fuisse legitimis probationibus, atque in primis litteris testimonialibus manu secretarii eiusdem Academiae subscriptis eiusque sigillo munitis, docuerint, in collatione eorundem beneficiorum, quatenus ipsi redditibus ad congruam sui sustentationem sufficientibus caruerint, aliis omnibus, ceteris paribus, similiter praeferrant. Quia vero etiam nonnulli regulares praedictae Academiae adscripti plurimum ei

Privilegia academicorum.

adiumenti atque splendoris hucusque attulerunt, et, ut in Domino confidimus, deinceps quoque allaturi sunt, idcirco eos itidem peculiari favore gratiae prosequi cupientes, earumdem tenore praesentium decernimus, ut, postquam iidem regulares, Academiae praefatae adscripti et in futurum adscribendi de superiorum suorum consensu, omnes academicorum partes per sexennium recte ac diligenter expleverint, id eis et eorum cuilibet suffragari debeat in omnibus et per omnia, perinde ac si sacram theologia in suis respective monasteriis, conventibus seu domibus regularibus per triennium actu legissent, ita tamen ut duo dumtaxat et non plures regulares huiusmodi ex unoquoque monasterio, conventu seu domo regulari de Urbe praefata, ubi studia vigeant, et actu sacra theologia legatur, a suis respective superioribus deputentur, ad hoc ut Academiae huiusmodi adscribi et in eâ cuncta academicorum munera exercere valeant; iis autem, transacto sexennio, alii duo et non plures subrogentur, sicque de sexennio in sexennium servari debeat. Demum, ut eiusdem Academiae conservationi bonoque regimini necnon academicorum commodis et utilitatibus uberius consultum sit, promptumque et paratum eis suppetat praesidium, dilectos filios nostros Ioannem Baptistam S. Caesarei Spinulam, Ioannem Dominicum S. Anastasiae Parraccianum, Carolum Augustinum S. Augustini Fabronum, Ioannem Baptistam S. Stephani in Monte Caelio Ptolomaeum, titulum presbyteros, necnon Annibalem S. Mariae in Cosmedin diaconum Albanum, nuncupatos, nostrum secundum carnem ex germano fratre nepotem, praedictae sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, memoratae Academiae protectores et defensores constituimus

et deputamus, quarum consilio, ope ac patrocinio tam supradicta quam quaecumque alia ad constitutionum et statutorum praefatorum observantiam, academicorum admissionem et expulsionem, secretarii et censorum deputationem et amotionem spectantia, ac generaliter omnia et singula, quae ad salubrem Academiae directionem, illiusque progressum, decus et ornamentum tendere et conducere videbuntur, agantur, statuuntur et ordinentur. Nos enim eisdem ac pro tempore existentibus protectoribus, per nos et Sedem Apostolicam pariter deputandis, plenam, liberam et amplam ad praemissa facultatem et auctoritatem harum serie tribuimus et impartimur.

§ 5. Decernentes, ipsas praesentes litteras, ac omnia et singula praemissa firma, valida et efficacia existere et fore, suosque plenarios, etc.¹

§ 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Urbis et gymnasii praefatorum, ac quorumcumque Ordinum regularium, etiam iuramento, etc.²

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die XXIII aprilis MDCCXVIII, pontificatus nostri anno XVIII.

Dat. die 23 aprilis 1718, pontif. anno XVIII.

CCLV.

*Statuitur ut capitulum generale monachorum Congregationis reformatae S. Bernardi deinceps habeatur singulis sexenniis.*³

¹ Reliqua supra pag. 703 a (R. T.).

² Reliqua supra pag. 703 a (R. T.).

³ Const. ed. MDCCX, die 3 octobris, pontif. X, advocata fuit lis super aequalitate officiorum; et const. ed. MDCCXIX, die 3 aprilis, pontif. XIX, confirmatur praesens constitutio.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

Causae celebrandi capitulum singulis sexenniis et non amplius triennium.

§ 1. Cum sicut accepimus, in Congregatione reformatâ S. Bernardi monachorum Ordinis Cisterciensis usus capitalum generale, in quo tam abbas generalis quam alii primarii eiusdem Congregationis superiores eligi consueverunt, de triennio in triennium celebrandi hactenus invaluerit; experientia vero compertum fuerit, ex adeo frequenti capituli huiusmodi celebratione ac superiorum mutatione multiplicia universae Congregationi praedictae adferri incomoda et detrimenta, tum ob graves, quas singulae provinciae, ratione ipsius capituli, quolibet triennio, non sine earum et monasteriorum notabili onere et damno, facere tenentur, expensas, tum etiam ob diutinam eorumdem superiorum ac praecipuorum religiosorum, qui pene continuos itinerum labores subire, ac non modicum tempus in accessu, morâ et recessu a loco capitulari absumere coguntur, a suis provinciis et monasteriis absentiam; quibus pariter accedit, quod, ubi vix praedicti superiores debitam rerum eiusdem Congregationis ac qualitatum monachorum suae curae commissorum cognitionem nacti fuerint, munerum suorum eveniat vacatio: nos, considerantes, pro ipsius Congregationis eiusque monasteriorum et personarum levamento, ac felici prosperaque eorum directione, necnon monasticae disciplinae conservatione, expediens fore dicti capituli celebrationem de triennio in sexennium deinceps differri, ac proinde illorum utilitati et commoditati, quantum cum Domino possumus, consulere cupientes, de particulari Congregationis nonnullorum ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus ad id a nobis specialiter deputatorum, qui eiusmodi negotium mature et accurate perpenderunt,

consilio, ac etiam motu proprio, ac ex certâ scientiâ ac maturâ deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, ut de cetero capitulum generale praedictae Congregationis quolibet sexennio a proxime futuro capitulo generali, quod die IX currentis mensis in monasterio S. Pudentianae de Urbe eiusdem Congregationis celebrandum erit, incipiendô, atque ita perpetuis futuris temporibus, de sexennio in sexennium continuando, celebretur; ita tamen ut maioris partis vocalium, qui proximum capitulum praedictum constituent, desuper accedat consensus, dictumque negotium ac praesentes litterae sub initio eiusdem capituli generalis per dilectum filium nostrum Franciscum eiusdem S. R. E. presbyterum cardinalem Barberinum nuncupatum, qui dictae Congregationis apud nos et Sedem Apostolicam protector existit, proponantur, tenore praesentium statuimus et ordinamus.

§ 2. Decernentes, easdem praesentes litteras firmas, etc.¹

§ 3. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon dictae Congregationis, eiusque provinciarum et monasteriorum quorumcumque, et aliis quibusvis, etiam iuramento, confirmatione apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis, eidem Congregationi eiusque provinciis et monasteriis, ac superioribus et personis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere vel in specie, etiam motu, scientiâ et potestatis plenitudine paribus, ac consistoriali-

¹ Reliqua ut supra pag. 703 a (R. T.).

ter, et aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, ac pluries approbatis et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium et singulorum tenores, formas et occasiones praesentibus pro plene et sufficienter expressis, insertis, servatis et specificatis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus; ceterisque contrariis quibuscumque.

Transcriptura hiles.

§ 4. Volumus autem ut earundem praesentium litterarum transumptis etc.¹

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die IV maii MDCCXVIII, pontificatus nostri anno XVIII.

Dat. die 4 maii 1718, pontif. anno XVIII.

CCLVI.

Confirmatur decretum Congregationis episcoporum et regularium de nomine provinciae S. Ivois Congregationis Gallicanae Tertii Ordinis S. Francisci.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Ex decreto ministri generalis anno MDCCXVII

§ 1. Nuper, pro parte dilecti filii Iustiniani, guardiani conventus S. Mariae Mira-

¹ Reliqua ut supra pag. 704 a (R. T.).

² Const. ed. MDCCVIII, die 9 augusti, pontif. VIII, est de electione vicarii generalis pro provincia Lugudunensi; et in Benedicti XIII, constit. edita MDCCXIV, die 2 maii, pontif. I, agitur de transitu fratrum provinciae S. Ioannis in alios Ordines.

colorum de Urbe et procuratoris provinciae S. Ivois Congregationis Gallicanae Tertii Ordinis S. Francisci, Congregationi venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositae exposito, quod aliàs, nempe ann. MDCLVII, num. I, Ioanne a Neapoli, dum vixit, ministro generali totius Ordinis eiusdem S. Francisci, decretum fuerat, quod provinciae eiusdem Congregationis Gallicanae nominibus sanctorum titularium, minime vero provinciae et districtus earum vocarentur; et in eadem expositione subiuncto, quod nonnulli Congregationis Gallicanae huiusmodi religiosi contra formam decreti ab eodem Ioanne ministro generali editi se vocari facere praesumebant; ideoque pro parte dicti Iustiani eidem Congregationi cardinalium supplicato ut decretum huiusmodi omnino servari mandaret: emanavit a praedicta Congregatione cardinalium decretum tenoris qui sequitur, videlicet:

Sacra Congregatio eminentissimorum et reverendissimorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praeposita, referente eminentissimo Casano, mandavit quod pro nunc, citra praepudicium iurium ambarum partium, in hoc conventu tantum S. Mariae Miraculorum Urbis servetur dictum decretum ministri generalis de anno MDCLVII, ita quod recipi non debeant in praedicto conventu guardiani alique officiales, quotiescumque in eorum litteris patentibus, ultra nomen Sancti, apponatur etiam illud provinciae vel districtus earum; quo casu guardiani et alii officiales in posterum deputandi, si praesentaverint litteras cum expressione provinciae, possint per tres menses tantum a die exhibitionis earundem litterarum officia exercere, quibus elapsis, eadem officia exercentur per seniores cuiuscumque provinciae, donec veniant aliae litterae cum solâ enunciatione Sancti earum respective provinciarum, exclusis interim patribus de provinciis,

edito, provinciae Gallicanae Tertii Ordinis nominibus titularium, et non provinciae vel districtus appellandae sunt.

Decretum Congregationis confirmans illud ministri generalis pro solo conventu S. Mariae Miraculorum de Urbe sub certis poenis.

CCLVII.

Confirmantur erectio Ordinis militaris Constantiniani et concessio officii magni magistri duci Francisco Farnesio; item erigitur ecclesia della Steccata in ecclesiam sedem et caput Ordinis, et ei conceduntur domus pia Misericordiae ac plura privilegia, cum nonnullis ordinationibus.

Clemens Episcopus
servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiae regimini, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam praesidentes, ad ea potissimum quae militarium Ordinum, maximo christianae reipublicae bono anteaetis temporibus institutorum, decus et incrementa respiciunt, quaeque in orthodoxae fidei divinique cultus amplificationem cessura esse noscuntur, vigilantiae nostrae curas libenter convertimus, nostrique apostolici officii partes propensâ benignitate desuper interponimus, prout pia catholicorum principum vota postulant, et nos, prudenti consultatione adhibita, cognoscimus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§ 1. Sane aliàs (postquam tunc in humanis agens Ioannes Andreas Angelus Flavius Comnenus, dum vixit, princeps Macedoniae ac magnus magister Militiae Aureatae Constantinianae sub titulo S. Georgii et regulâ S. Basilii Magni, familiae suae Angelae Flaviae Comnenae solus superstes, ac tam libe-

Epitoma constitutionis Inno-centii XII.

¹ Concessum fuit dictum officium ab Innocentio XII const. ed. MDCCXCIX, die 24 octobris, pontif. IX; ab hoc Pontifice constit. ed. MDCCI, die 20 aprilis, pontif. I, nulla declarata fuit electio principis Ernesti de Dupont in magnum magistrum; et const. ed. MDCCXX, die 15 iunii, pontif. XX, conceditur indulgentia plenaria perpetua pro dictâ ecclesiâ in quibusdam festis.

quae consentire et obedire contumaciter noluerint praesenti decreto. — Romae, x martii MDCCXVIII. — F. cardinalis DE ADDUA. — I. archiepiscopus Damascenus, secretarius.

Confirmatio relati decreti.

§ 2. Cum autem, sicut dictus Iustinianus nobis subinde exponi fecit, ipse secundodictum decretum, quo firmius subsistat, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret: nos, ipsum Iustinianum specialibus favoribus et gratis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, praeinsertum praefatae Congregationis cardinalium decretum, auctoritate apostolicâ, tenore praesentium, approbamus et confirmamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robor adiicimus; salvâ tamen semper in praemissis auctoritate dictae Congregationis cardinalium.

Clausulae.

§ 3. Decernentes, easdem praesentes litteras, etc.¹

Derogatio contrariorum.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac, quatenus opus sit, Congregationis Gallicanae et Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, etc.²

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XIV maii MDCCXVIII, pontificatus nostri anno XVIII.

Dat. die 14 maii 1718, pontif. an. XVIII.

¹ Reliqua ut supra pag. 703 a (R. T.).

² Reliqua ut ibid. (R. T.).

ris quam spe illos procreandi iam destitutus, summopere cupiens in officio seu munere magni magistri seu perpetui administratoris Militiae praedictae, quod longissimo tempore ab eius progenitoribus continuè ac non interrupta serie obtentum et possessum fuerat, dari sibi successorem praevalidum, cuius ope ac virtute Militia praefata relevaretur ac praeservaretur a noxiis, nec non laetioribus, benedicente Domino, proficeret incrementis, ad personam dilecti filii nobilis viri Francisci Farnesii Parmae et Placentiae ducis, egregiis naturae gratiaeque divinae muneribus praefulgentem, mentis suae oculos provide direxerat, iuribusque sibi in hac re quovis modo competentibus, seu quae sibi competere existimaverat, utens, eidem Francisco duci, eiusque successive natis, nepotibus et descendentibus, aliisque ipsius Francisci ducis familiae Farnesiae praedictae successoribus Parmae et Placentiae ducibus, pro tempore existentibus, officium seu munus praedictum, reservato tamen desuper Sedis Apostolicae beneplacito, resignaverat) felicis recordationis Innocentius Papa XII praedecessor noster, firmam in Domino spem concipiens, dictum Franciscum ducem, cui, praeter generis splendorem ac domestica maiorum exempla, catholicae religionis tuendae zelus, aliaeque eximiae ac pio prudentique principe dignae virtutes abunde suffragabantur, Militiae praedictae plurimum utilitatis allaturum esse, ac proinde felicibus eiusdem Militiae, quae, ut asserebatur, diversis privilegiis, gratiis et indultis a quamplurimis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, tunc suis, insignita fuerat, progressibus, opportune consulere volens, supplicationibus tam Francisci ducis quam Ioannis Andreae principis et magni magistri seu perpetui

administratoris praedictorum nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, ac etiam motu proprio, ac ex certa scientia et matura deliberatione suis, deque apostolicae potestatis plenitudine, resignationem dicti officii seu muneris magni magistri seu perpetui administratoris Militiae Aureatae Constantinianae praedictae eidem Francisco duci, eiusque successive natis, nepotibus et descendentibus, aliisque ipsius Francisci ducis familiae Farnesiae praedictae successoribus Parmae et Placentiae ducibus pro tempore existentibus, a praefato Ioanne Andrea principe et magno magistro seu perpetuo administratore factam, ut praefertur, publicumque desuper confectum instrumentum seu publicam desuper confectam scripturam cum omnibus et singulis in eis contentis, sub certis modo et forma tunc expressis, apostolicam auctoritatem perpetuo confirmavit et approbavit; et, ad maiorem et abundantiore cautelam, quatenus opus esset, ac etiam omni meliori modo, via, iure et forma, quibus firmiter et validius facere poterat, eidem Francisco duci, ac praedictis illius natis, nepotibus et descendentibus, aliisque familiae suae Farnesiae huiusmodi successoribus Parmae et Placentiae ducibus pro tempore existentibus, successivo ordine respective, supradictum officium seu munus magni magistri seu perpetui administratoris Militiae Aureatae Constantinianae praedictae, praemisso, vel alias certo, quem idem Innocentius praedecessor pro expresso haberi voluit, modo tunc vacans, cum omnibus et singulis illius honoribus, iuribus, praeeminentibus et praerogativis solitis et consuetis, motu, scientia deliberatione et potestatis plenitudine paribus, perpetuo concessit et assignavit; nec non cum illis super receptionis in

fratres milites Militiae praedictae, ac susceptionis habitus per eosdem milites gestari soliti, necnon professionis per ipsos milites emitti consuetae regularium, necnon servitorum quorumlibet ab eiusdem Militiae statutis seu stabilimentis praescriptorum, ac aliarum quarumvis per eadem statuta seu stabilimenta ac privilegia et indulta apostolica ad obtinendum officium seu munus huiusmodi, illiusque iurisdictionem, potestatem, praeeminentias et praerogativas exercendum quomodolibet requisitarum qualitatum defectibus, ceterisque impedimentis quibusvis in praemissis eidem Francisco duci, eiusque natis, nepotibus et descendentibus, aliisque ipsius Francisci ducis familiae Farnesiae huiusmodi successoribus Parmae et Placentiae ducibus pro tempore existentibus praedictis quomodolibet obstantibus et quaecumque obstituris, seu quae illis obstare quovis modo praetendi, censi vel intelligi possent, ad praemissorum effectum, quatenus opus esset, semper et omni tempore, quo casus huiusmodi eventurus foret, de specialis dono gratiae dispensavit; et alia disposuit, prout in eiusdem Innocentii praedecessoris litteris in forma Brevis die xxiv octobris mdcxcix expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plenè et sufficienter expresso et inserto haberi volumus, uberius continetur.

Causae praesentis erectionis et constitutionis.

§ 2. Cum autem, sicut accepimus, Franciscus dux ac magnus magister seu perpetuus administrator praefatus, ut christianum decebat principem susceptive officii seu muneris ratio ab ipso postulabat, ad instaurandam Militiam huiusmodi, ob varia praeteritorum temporum infortunia fere collapsam, pio strenuoque animo incumbens, nullis hactenus pepererit curis, laboribus et sumptibus, ut illa ad pristinum honoris

ac dignitatis gradum restitueretur, et restituta, ad catholicam religionem contra infidelium insultus pro veteri suo instituto propugnandam usui esse posset; in primis autem antiqua praefatae Militiae statuta seu stabilimenta renovari, meliori, quam olim, methodo ac ordine disponi, praesentique temporis conditioni ac rerum statui accommodari sedulo curaverit; quamplures insuper non tam generis nobilitate quam animi robore virtutumque merito praestantes viros, praevio maturo examine, in eandem Militiam adsciverit; ac demum, cum implacabiles christiani nominis hostes Turcae, in sua feritate confidentes, catholicorum principum ac praesertim Venetae Reipublicae dominia nefario bello vexare coeperunt, idem Franciscus dux et magnus magister seu perpetuus administrator, avitae pietatis stimulis incitatus, duo peditum millia in sexdecim cohortes distributa, non sine gravi sui ducalis aerarii dispendio, alacri tamen promptoque animo, suis sumptibus conscripserit, ac eorum regimini antedictos milites sub eiusdem Militiae vexillo praefecerit, illaque sic conscripta, omnibusque necessariis instructa, in Venetorum opem atque subsidium ad Dalmatiae partes transmiserit, firmam spe fiduciamque conceptis, quod iidem milites, dirigente Domino fideles eorum gressus, non tam Venetis ipsis quam universae christianae reipublicae ad propulsandos barbarorum conatus non modico futuri essent adiumento; tametsi vero omnia et singula praemissa hucusque gesta et laudabiliter constituta praedictae Militiae decori et stabilitati longe suffectura dignoscantur, nihilominus dictus Franciscus dux et magnus magister, seu perpetuus administrator, feliciori adhuc eiusdem Militiae statui, conservationi

et incremento, nec non praedictorum militum utilitati et subventioni consultum esse plurimum cupiat: proindeque nobis exponi fecerit quod Militia praefata certam ecclesiam certaque sede conventualibus, in quibus milites divina officia aliasque ecclesiasticas funciones iuxta eorum regulare institutum pro tempore celebranda celebrare et conventualiter ad instar aliarum militiarum huiusmodi vivere respective possint, annisque redditibus et commendis ad id necessariis ob superiorum temporum calamitates destituta reperitur; quodque, si sine cura ecclesia B. Mariae della Steccata nuncupatae, Parmensis (quae minime collativa existit, ac pro tempore existentis Parmae et Placentiae ducis patrocinio subest, necnon a quadam Congregatione clericorum et laicorum a praefato duce eligi et deputari solitorum regitur et gubernatur, ac a viginti quinque clericis seu presbyteris in cantu gregoriano approbatis, et apud eam personaliter residentibus, ac ad nutum eiusdem pro tempore existentis Parmae et Placentiae ducis amovibilibus, cum congrua menstruae mercedis seu menstrui salarii assignatione in divinis deservitur, et in qua nonnulla perpetua simplicia personaleque residentiam non requirentia beneficia ecclesiastica, quorum duo de iure patronatus eiusdem Congregationis, reliqua vero pro maiori parte similiter de iure patronatus laicorum ex fundatione vel dotatione existere dicuntur, fundata reperiuntur), in ecclesiam conventualem et certam sedem praedictae Militiae totiusque Ordinis militaris huiusmodi caput, ad quod, ob illius aedificii elegantem structuram, amplitudinem, celebrem ornatum et divitem sacrarum suppellectilium copiam, satis apta esse dignoscitur, perpetuo erigeretur, ac in ea unus magnus prio-

ratus pro uno presbytero milite eiusdem Militiae, qui a nunc et pro tempore existente eiusdem Militiae magno magistro seu perpetuo administratore eligi, ac eidem ecclesiae dictaeque Militiae militibus, ac aliis eiusdem ecclesiae ministris et capellanis eidem ecclesiae inservientibus, cum titulo ac denominatione magni prioris praese, illorumque praeses ac praelatus esse deberet, perpetuo itidem erigeretur et institueretur; necnon pia domus de Misericordia nuncupata in terra de Corte Maggiore Placentinae dioecesis provinciae Bononiensis (quae pariter minime collativa existit, nullique ad vitam seu in administrationem concedi consuevit, quaeque alias a quondam tunc in humanis agente Rolando marchione Pallavicino, dum vixit, domino in temporalibus dictae terrae fundata, ac deinde a recolendae memoriae Alexandro Papa VI, etiam praedecessore nostro, praevia eiusmodi fundationis amplissima confirmatione, et a quacumque Ordinarii loci iurisdictione perpetuo exempta, illaque sic exempta, eidem Rolando eiusque successoribus dominis in temporalibus dictae terrae pro tempore existentibus subiecta fuit, et nunc ad Franciscum ducem et magnum magistrum seu perpetuum administratorem praedictum, uti legitimum successorem praefati Rolandi, spectat et pertinet, ac per nonnullos homines universitatis dictae terrae, ab ipsomet Francisco duce, cui de annuis redditibus eiusdem piae domus illorumque administratione singulis annis iidem homines rationem reddere tenentur, pro tempore nominatos et deputatos, regi et gubernari solet) eidem Militiae etiam perpetuo concederetur; ac insuper omnia et singula respective bona, res, proprietates ac iura quaecumque ad praefatam ecclesiam sic eri-

gendam ac praefatam domum piam sic concedendam quomodolibet respective spectantia et pertinentia, illorumque omnes et singuli fructus, redditus et praeventus, qui, deductis omnibus et singulis ecclesiae ac domus piae praefatarum oneribus, ad quingentos septuagintaduos ducatos auri de Camera circiter annuatim, ut asseritur, ascendat¹, eidem Militiae in congruam pro tempore existentis magni prioris magni prioratus, ut praefertur, erigendi huiusmodi, necnon in dotem nonnullarum praepetuarum seu commendarum eiusdem Militiae, similiter ut infra erigendarum, perpetuo applicarentur et assignarentur, aliaque infrascripta per nos benigne concederentur; ex his omnibus et singulis Militia praefata validius suae stabilitatis firmamentum ac divinus cultus in dicta ecclesia non modicum susciperent incrementum, ac milites ipsi ad christianas excolendas virtutes, solidam quesui Ordinis gloriam promovendam, proposito eis praemio, vehementius inflammarentur:

Nova concessio officii et privilegiorum familiae Farnesiae et dicti Ordinis militaris confirmatio.

§ 3. Nos, qui Militiam huiusmodi, cuius, dum cardinalatus fungebamur honore, protectoris munus sustinimus, sincero paternae charitatis affectu semper prosecuti fuimus, et nunc etiam impense prosequimur, summopere gaudentes quod illa sub Francisci ducis ac magni magistri seu perpetui administratoris praedicti auspiciis ad pristinum honorem et dignitatis locum, benedicente Domino, resurgere iam coeperit, ac proinde eundem Franciscum ducem novis gratiarum muneribus decorare, eiusque pium ac laudabile propositum, quantum cum Domino possumus, confovere, necnon ipsam Militiam, ut felicioribus in dies laetari possit incrementis, opportuna subventionis ope iuvare ac fulcire

¹ Edit. Main. habet singulos (R. T.).

² Potius lege ascendunt vel ascendant (R. T.).

volentes, ipsumque Franciscum ducem ac magnum magistrum seu perpetuum administratorem, eiusdemque Militiae milites, et eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, motu proprio, ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, ad uberiores cautelam ac etiam, quatenus opus sit, omni et quocumque potiori et meliori modo ac forma, quibus firmiter et validius a nobis fieri possit ac valeat, eidem Francisco duci et magno magistro seu perpetuo administratori, ac praefatis eius natis, nepotibus et descendantibus, aliisque familiae suae Farnesiae successoribus Parmae et Placentiae ducibus, pro tempore existentibus, successivo respective ordine, praefatum officium seu munus magni magistri seu perpetui administratoris Militiae praefatae per eundem Franciscum ducem, ut praefertur, obtentum et hucusque praclare gestum, ac exercitum, cum omnibus et singulis illius honoribus, iuribus, praeminentiis et praerogativis solitis et consuetis, aliisque gratis sibi ac familiae suae Farnesiae descendantibus et successoribus praedictis a praefato Innocentio praedecessore, ob eximiam suorum et familiae suae Farnesiae praedictae meritorum celsitudinem, ut praefertur, concessis, tenore praesentium perpetuo iterum concedimus et assignamus, omniaque et singula eidem Francisco duci et magno magistro seu perpetuo administratori, ac familiae suae Farnesiae descendantibus et successoribus praedictis,

super libero exercitio officii seu muneri huiusmodi ab eodem Innocentio praedecessore concessa, etiam perpetuo harum serie approbamus et confirmamus; dictumque Franciscum ducem et magnum magistrum seu perpetuum administratorem, eiusque familiae Farnesiae descendentes et successores praefatos, in omnibus et singulis iuribus, quae dicto Ioanni Andreae, eiusque familiae Angelae Flaviae Comnenae, si tempore resignationis ab ipso Ioanne Andrea eidem Francisco duci ut praefertur factae, et per eundem Innocentium praedecessorem etiam ut praefertur confirmatae et approbatae, extitissent, ad dictum officium seu munus magni magistri seu perpetui administratoris quomodolibet competebant seu competere poterant, et, si dictus Ioannes Andreas officium seu munus huiusmodi non resignasset, ipsiusque familia Angela Flavia Comnena praedicta extincta non fuisset, quomodocumque competere et competere possent, gratiose ac plenarie subrogamus et subrogatos esse volumus et declaramus; necnon, Militiam Aureatam Constantinianam praedictam ab eodem Francisco duce et magno magistro seu perpetuo administratore ut praefertur instauratam, ac fere de novo erectam et institutam, dicta apostolica auctoritate approbantes et confirmantes, eundemque Franciscum ducem, et ab illius familia Farnesiam descendentem, qui Parmae et Placentiae dux pro tempore extiterit, ordine praefato, magnum magistrum seu perpetuum administratorem eiusdem Militiae, perinde ac si ab ipsomet Francisco duce vere de novo erecta et instituta fuisset, cum honoribus, praerogativis et facultatibus, quibus alii aliarum militiarum, huiusmodi apostolica auctoritate confirmatarum magni magistri cum suis militibus quomodo-

libet utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent, absque ullo prorsus discrimine, et sine aliquo antiquorum iurium praesudicio, sed nova iura antiquis cumulando eaque conservando, perpetuo constituimus et deputamus.

§ 4. Ac ecclesiam B. Mariae *della Steccata* nuncupatae (regiminis et gubernii a Congregatione praedicta, a qua, ut praefertur, regi et gubernari usque nunc consuevit, abdicatione, ac praedictorum vigintiquinque clericorum seu presbyterorum saecularium praefatorum, a quibus eadem ecclesia B. Mariae *della Steccata* nuncupatae nunc ut praefertur in divinis deservitur, amotione) in certam ecclesiam, certamque praedictae Militiae Aureatae Constantinianae sedem collegialem seu conventualem, quae caput aliarum ecclesiarum Militiae huiusmodi in posterum erigendarum existat, ac omnibus et singulis privilegiis, indultis, favoribus, exemptionibus, libertatibus, iurisdictionibus, auctoritatibus, facultatibus et gratiis, quibus aliae similes ecclesiae militiarum capita quomodolibet gaudent, utuntur, fruuntur et potiuntur, seu gaudere, uti, frui et potiri debent, perpetuo gaudeat, utatur, fruatur, ac potiatur, necnon a vigintiquinque clericis seu presbyteris idoneis a nunc et pro tempore existente dictae Militiae magno magistro seu perpetuo administratore eligendis et ad sui placitum amovendis, aliisque, toties quoties casus evenerit, subrogandis, et ab eo insigni crucis eiusdem Militiae iuxta illius statuta seu stabilimenta donandis, qui apud dictam ecclesiam B. Mariae *della Steccata* nuncupatae personaliter residere teneantur, cum congrua illius menstrui salarii, quod vigintiquinque clericis seu presbyteris saecularibus ut praefertur amotis antea assignari con-

1 Deest vox *praevia* vel *praevia* (R. T.).

Erectio ecclesiae Steccatae in ecclesiam sedem et caput dicti Ordinis, cum uno magno priorato et privilegiis similibus ecclesiarum capitum aliarum militiarum.

sueverat, assignatione, in divinis collegialiter seu conventualiter deserviri debeat, ubi milites praedicti nunc et pro tempore existentes divina officia aliasque ecclesiasticas functiones, ab eis iuxta laudabilia eiusdem Militiae instituta et consuetudines celebrari solita ac debita, celebrare libere et licite valeant, eadem apostolica auctoritate perpetuo erigimus et instituimus. Ac, ut in eadem ecclesia B. Mariae *della Steccata* nuncupatae divinum servitium et milites praedicti in spiritualibus exacte pieque dirigantur, in ea unum magnum prioratum pro uno presbytero idoneo milite eiusdem Militiae expresse professo, futuro eiusdem magni prioratus magno priore, ac a nunc et pro tempore existente praedictae Militiae magno magistro seu perpetuo administratore ad dictum magnum prioratum, dum illum quandocumque, quomodocumque, ubicumque, et ex cuiusvis personam, ac etiam a primaeve illius erectione per praesentes faciendam, vacare contigerit, eligendo, et in magnum priorem dicti magni prioratus praeficiendo, qui ecclesiae B. Mariae *della Steccata* nuncupatae praedictae, illiusque capellanorum insigni crucis ut praefertur donandorum, aliorumque ministrorum praedictae ecclesiae B. Mariae *della Steccata* nuncupatae pro tempore inservientium caput, praeses ac praelatus existat, eique ac militibus praedictis in spiritualibus, cum indultis, gratiis, antelationibus, praerogativis, ac annuis redditibus eidem futuro magno priori pro eius congrua sustentatione, ut infra, concedendis et assignandis, praesesse, illorumque praeses ac praelatus esse, ac eorum spirituali directioni incumbere debeat, apostolica auctoritate praefata similiter perpetuo erigimus et instituimus. Ac domum piam de *Misericordia* nuncupatam praedictam

Et concessio piae domus Misericordiae.

in terra de *Corte Maggiore* Placentinae dioecesis dictae provinciae, quae, ut praefertur, minime collativa existit, nullique ad vitam committi, minusque in administrationem concedi consuevit, et ad dictum Franciscum ducem, ut praefertur, nunc spectat et pertinet, praevia similiter illius gubernii et administrationis ab hominibus universitatis praedictae terrae abdicatione, cum omnibus et singulis illius aedificiis, membris, aedibus, aliisque pertinentiis, necnon bonis, iuribus ac redditibus ut infra applicandis, appropriandis et erogandis, eidem ecclesiae B. Mariae *della Steccata* nuncupatae, in collegialem seu conventualem dictae Militiae ecclesiam ut praefertur erectae, omnimode subiicimus; eamque sic subiectam, eidem Militiae illiusque magno magistro seu perpetuo administratori, ac militibus nunc et pro tempore existentibus, cum pleno et libero illius aedificiorum, bonorum ac iurium quorumcumque praedictorum respective usu et dominio, motu simili, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine, de consensu praedicti Francisci ducis, etiam perpetuo concedimus et assignamus.

§ 5. Ecclesiae vero B. Mariae *della Steccata* nuncupatae, in collegialem seu conventualem ecclesiam dictae Militiae ut praefertur erectae, ac domus piae praedictarum, eidem Militiae, illius magno magistro seu perpetuo administratori, ac militibus nunc et pro tempore existentibus praedictis respective, ut praefertur, concessarum et assignatarum, praedia, proprietates, fundos, census, aliaque iura et bona universa in quibusvis rebus et ubicumque consistentia et undecumque provenientia, ac quomodolibet et quovis nomine nuncupata (praevia illorum, quatenus opus sit, ab ecclesia B. Mariae *della Steccata*

Administratio bonorum ecclesiae et domus praedictarum committitur uo-vas militum Congregationi erigendarum.

nuncupatae in collegialem seu conventualem praedictae Militiae ecclesiam ut praefertur erecta et domo pia praedictis opportuna dismembratione, ita quod liceat Militiae praedictae illiusque moderatis magno magistro seu perpetuo administratori ac militibus huiusmodi, per se ipsos vel alios, eorum et praedictae Militiae nominibus, realem, corporalem et actualem proprietatem¹, rerum, praediorum, censuum, aliorumque iurium et honorum universorum respective praedictorum possessionem, cuiusvis licentia desuper minime requisita, propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere), necnon omnes et singulos fructus, redditus, proventus et obventiones, ac emolumenta quaecumque ex eis respective quomodolibet proventientia (quae omnia insimul, deductis omnibus et singulis ecclesiae B. Mariae della Steccata nuncupatae in collegialem seu conventualem dictae Militiae ecclesiam ut praefertur erectae ac domus piae praedictarum respective oneribus, ad praedictam summam quingentorum septuaginta duorum ducatorum auri de Camera huiusmodi circiter annuatim, ut praefertur, ascendant; quae omnia et singula respective onera praedicta integre, et absque ulla prorsus illorum diminutione quantumvis minima, semper et perpetuo supportari et adimpleri, necnon omnia et singula iuratronatus beneficiorum, in praedicta ecclesia B. Mariae della Steccata nuncupatae in collegialem seu conventualem praedictae Militiae ecclesiam ut praefertur erecta iam fundatorum, semper et perpetuo conservari ac penitus illaesa remanere, illaque ad eorum respective patronos nunc et pro tempore existentes ut prius spectare et pertinere debere, volumus atque de-

¹ Videtur legendum proprietatum (R. T.).

cernimus) per unam eiusdem Militiae militum ab illis nunc et pro tempore existente magno magistro seu perpetuo administratore eligendorum et deputandorum eiusque arbitrio removendorum Congregationem noviter deputandam (ad quam iuspatronatus, quod antehac in duobus ex praedictis beneficiis, in praedicta ecclesia B. Mariae della Steccata nuncupatae in collegialem seu conventualem praedictae Militiae ecclesiam ut praefertur erecta¹ etiam fundatis, ad primodictam Congregationem quomodolibet spectabat et pertinebat, in posterum, perinde ac si ab illorum respective primaeva fundatione vel dotatione secundodictae Congregationi reservatum fuisset, spectet et pertineat, ac spectare et pertinere debeat et censeatur) integre, plenarie ac libere administrari debere (ita quod secundodictae Congregationi, de novo, ut praefertur, deputandae, liceat omnia et singula ad ecclesiam B. Mariae della Steccata nuncupatae, in collegialem seu conventualem praedictae Militiae ecclesiam ut praefertur erectam, et domum piam praefatas quomodolibet respective pertinentia praedia, census, bona et iura universa perpetuo regere et gubernare, eorumque fructus, redditus et proventus quoscumque percipere, exigere, levare, dislocare et arrendare; cum hoc tamen quod ex annuis fructibus, redditibus et proventibus huiusmodi eadem secundodicta Congregatio omnia et singula ecclesiae et domus piae praedictarum respective onera, iuxta illarum fundationis aliarumque piarum dispositionum legem annuatim supportanda ac adimplenda, supportare et plenarie adimplere, ipsamque ecclesiam, illiusque sacristiam, de suppellectilibus aliisque rebus ad cultum divinum necessariis ma-

¹ Edit. Main. legit erectae (R. T.).

nutenere ut prius debeat; eos autem, qui supererunt, annuos fructus, redditus et proventus praedictos pro rata annua centum septuagintaduorum ducatorum auri similium, in congruam dicti magni prioris magnum prioratum huiusmodi pro tempore obtinentis substantiationem, reliquos vero quadringentos ducatos auri de Camera huiusmodi in annum tot commendarum dictae Militiae pro tot eiusdem Militiae militibus iuxta providam nunc et pro tempore existentis magni seu perpetui administratoris praedicti dispositionem ac eius arbitrio erigendarum et assignandarum stipendium, perpetuo convertere et erogare libere et licite valeat) similiter volumus, decernimus et declaramus.

Facultas facta magno magistro erigendi commendarum.

§ 6. Ac insuper eidem Francisco duci et magno magistro seu perpetuo administratori, eiusque in eiusmodi officio seu munere successoribus praedictis, quod praedictas aliasque commendas, capellas aut ecclesias eiusdem Militiae perpetuo erigere et instituere, dictaeque Militiae perpetuo incorporare, applicare et appropriare, et commendarum fundatoribus ac dotatoribus iuspatronatus et praesentandi Militiae eiusque magno magistro seu perpetuo administratori pro tempore existenti, vel eius deputato, personas idoneas ad commendas huiusmodi pro tempore vacantes etiam concedere et reservare, et sic a patronis praesentatos, iuxta stabilimenta dictae Militiae a nobis suis loco et tempore approbanda nostraque apostolica auctoritate confirmanda, Ordinariorum locorum et quorumvis aliorum consensu desuper minime requisito, in ipsis commendis instituere, ac alias illas conferre et de eis providere possit (ita tamen ut quoad beneficia ecclesiastica in dicta ecclesia B. Mariae della Steccata nuncupatae, in collegialem seu conven-

tualem praedictae Militiae ecclesiam ut praefertur erecta, iam etiam ut praefertur fundata, quorum duo de iurepatronatus secundodictae Congregationis, reliqua vero pro maiori parte similiter de iurepatronatus laicorum ex fundatione vel dotatione, ut praefertur, existunt, ac etiam quoad alia pariter ecclesiastica beneficia quae in eadem vel aliis praedictae Militiae ecclesiis de cetero erigi ac fundari contigerit, idem magnus magister seu perpetuus administrator nullo modo se ingerere valeat, sed, quotiescumque beneficia huiusmodi pro tempore vacaverint, illorum patroni magno priori nunc et pro tempore existenti personas idoneas ad beneficia huiusmodi nominare et praesentare, eademque personae, sic nominatae ac praesentatae, ab eodem magno priore canonicam institutionem in eisdem beneficiis reportare debeant et teneantur), motu simili, ac ex certa scientia, deque apostolica potestatis plenitudine, perpetuo concedimus et indulgemus.

§ 7. Praeterea ecclesiam B. Mariae della Steccata nuncupatae, in collegialem seu conventualem dictae Militiae ecclesiam ut praefertur erectam, et domum piam praedictas, necnon commendas, capellas et ecclesias quascumque praedictae Militiae, tam hactenus erectas, quam in posterum, ut praefertur, erigendas, illarumque omnia et singula respective bona, redditus et proventus quoscumque, ac insuper omnes et singulos eiusdem Militiae milites, etiam clericali caractere insignitos, aut in aliquo ex sacris ordinibus constitutos, ubicumque nunc existentes, ac de cetero extituros, necnon eos omnes etiam cruce huiusmodi Militiae non insignitos qui praedictae ecclesiae B. Mariae della Steccata nuncupatae, in collegialem seu conventualem dictae Militiae

Exemplo ab Ordinariis locorum et subiecto magno magistro.

ecclesiam ut praefertur erectae, actu inservient, ac intra eius septa et domum resident, et sub magni prioris praedicti obedientia vivent, ab omni iurisdictione, superioritate, visitatione, dominio et potestate quorumvis episcoporum, archiepiscoporum, aliorumque locorum Ordinariorum similiter perpetuo penitus et omnino etiam in habitu amplissime eximimus et liberamus, illaque ac illos respective dicti Francisci ducis et magni magistri seu perpetui administratoris, eiusque, et qui pro tempore extiterint in munere eiusdem successorum, iurisdictioni, visitationi, et correctioni in spiritualibus et temporalibus immediate pleno iure ac in totum subicimus et supponimus (declarantes tamen ac decernentes quod idem magnus magister seu perpetuus administrator pro tempore existens, in causis tam civilibus quam criminalibus vel mixtis militum quorumcumque, necnon ministrorum aliorumque praedictae ecclesiae B. Mariae della Steccata nuncupatae in collegialem seu conventualem dictae Militiae ecclesiam ut praefertur erectae inservientium, qui clericali characterе praedicto insigniti, aut in aliquo ex sacris ordinibus constituti, ut praefertur, respective fuerint, nullo modo se immiscere possit, nec debeat; sed eiusmodi causas, quotiescumque ac ubicumque casus evenerit, cognoscendas sineque debito terminandas committere ac delegare teneatur magno priori praedicto, vel aliis personis, praefato tamen clericali characterе insignitis, seu in aliquo ex sacris ordinibus praedictis et in ecclesiastica dignitate constitutis, eiusdem magni magistri seu perpetui administratoris arbitrio eligendis, et non aliis); ita quod locorum Ordinarii alique omnes et singuli praedicti nullam in commendas, capellas et ecclesias praedi-

ctas, earumque bona, redditus et proventus, necnon in milites, aliasque personas praedictas respective iurisdictionem, superioritatem, dominium vel potestatem, etiam ratione cuiuscumque contractus, necnon cuiusvis generis delicti, etiam turbatae iurisdictionis vel alterius etiam gravioris speciei et specialem mentionem requirantis, vel alterius rei, ubicumque locorum ineatur contractus, committatur delictum, et res ipsa consistat, exercere valeant, sed milites ac alii omnes huiusmodi ceram solo magno magistro seu perpetuo administratore nunc et pro tempore existente praedicto, tamquam proprio eorum Ordinario, aut aliis clericali characterе praedicto insignitis, seu in aliquo ex sacris ordinibus praedictis et in ecclesiastica dignitate constitutis, ab eodem magno magistro seu perpetuo administratore ut supra deputandis personis, respective, omnino privative quoad Ordinarios locorum aliosque omnes et singulos praedictos, in omni et quocumque casu respondere debeant; decernentes, quoscumque processus contra illos vel eorum aliquem per ipsos locorum Ordinarios, vel illorum vicarios, seu quosvis alios praedictos etiam in casu negligentiae magni magistri seu perpetui administratoris vel magni prioris praedictorum, pro tempore factos, necnon similiter quaslibet etiam excommunicationis vel suspensionis, aliasque sententias promulgatas, nullas et invalidas, nulliusque roboris vel momenti fore; non obstante, quoad omnia praedicta, etiam in alterius quam magni magistri seu perpetui administratoris eiusve deputati vel magni prioris praedictorum iurisdictionem quomodolibet per milites aliasque personas huiusmodi praestando consensu, quem non valefe nec attendi debere similiter decernimus et declaramus.

Uter habitus praedicti pro magno prioris et alia honorificentiae.

§ 8. Ac insuper, ut divinus cultus in dicta ecclesia B. Mariae della Steccata nuncupatae, in collegialem seu conventualem dictae Militiae ecclesiam, ut praefertur, erecta, decentius et honorificentius peragatur, debitisque futuris magnus prior praedictus praefulgeat insignis, eidem magno priori, ut ipse, illiusque successores magnum prioratum per praesentes erectum huiusmodi pro tempore obtinentes, mozzettam laneam, sive ex camelotto, violacei coloris, cum suo capuccio, ac rochetto ad instar aliorum praelatorum inferiorum, absente tamen magno magistro seu perpetuo administratore praedicto, una cum cruce eiusdem Militiae super mozzetta, tam in praedicta B. Mariae della Steccata nuncupatae collegiali seu conventuali dictae Militiae ecclesia ut praefertur erecta, quam etiam in aliis dictae Militiae ecclesiis; quotiescumque vero dictus magnus magister seu perpetuus administrator in eisdem ecclesiis praesens aderit, necnon extra eas, ac intra et extra civitatem Parmensem, et ubi vis locorum, non tamen in Urbe, mantelletum dumtaxat consimile cum cruce eiusdem Militiae et rochetto coram quibusvis personis etiam Ordinariis locorum, ac S. R. E. cardinalibus, dictaeque Sedis etiam de latere legatis, vicelegatis ac nunciis, libere deferre et gerere, necnon missam privatam celebraturi, sive in dicta B. Mariae della Steccata nuncupatae collegiali seu conventuali, sive in aliis ad eandem Militiam quomodolibet spectantibus ecclesiis, ante altare, inter duos cappellanos superpelliceo indutos, cum canone et instrumento argenteo cum candelâ, vulgo *bugia* nuncupato, non tamen paramentis sacris ab altari, sed ab alia tabulâ a cornu Epistolae praeparatâ, desumptis, ac sine abaco more episcoporum,

et sine cruce pectorali ac stolâ a collo libere pendente, se praeparare, et sic praeparati, cum assistentiâ duorum cappellanorum, unius clerici, unius cubicularii, qui pro manuum lotionem aquam porrigat, et unius famuli, missam privatam huiusmodi celebrare, necnon anulum pretiosum in digito deferre, ac manipulum ad versiculum *Indulgentiam, absolutionem, etc.*, suscipere, non tamen ad populum se vertendo, *Pax vobis*, nec, missâ absolutâ, *Sit nomen Domini benedictum*, dicere, nec populo ter benedicere; post missam vero privatam, ut praefertur, celebratam, rochetto induto absque mantelletto, ante altare, inter eosdem duos cappellanos superpelliceo indutos, cum canone ac instrumento argenteo praedictis, gratiarum actionem peragere; praeterea, dum missam solemnem pro defunctis in ecclesiis supra dictis celebraturi erunt, exire e sacro cum cappâ inter assistentes paratos et in faldistorio ante altare posito sacras vestes induere, prout etiam quoties missam solemnem pontificalem in eisdem ecclesiis celebrabunt, quinque assistentes habere, et nobilem sedem seu cathedram coopertam simplici serico panno coloris festivitati congruentis, non tamen auro contexto, aut phrygio seu basilico opere ornato, retinere, eaque, non tamen in praesentiâ magni magistri seu perpetui administratoris praedicti, uti, cappâ quoque magnâ, non tamen ministro seu inserviente qui eiusdem cappae aut vestis talaris limbum seu caudam extollat, necnon baculo, mitrâ, annulo pastoralibus, ceterisque pontificalibus indumentis etiam uti; ac insuper in praefata B. Mariae della Steccata nuncupatae in collegialem seu conventualem dictae Militiae ecclesiam, ut praefertur, erecta ecclesia, diebus et festivitibus infra-

scriptis, videlicet in Paschatis Resurrectionis et Pentecostes ac infra octavam festi SS. Corporis Christi dominicis, necnon feriâ v maioris hebdomadae, ac Nativitatis, Epiphaniae, ac Ascensionis Domini, necnon Annunciationis et Assumptionis beatae Mariae Virginis, ac Omnium Sanctorum et S. Gregorii festis diebus, item in primâ capellâ, per dictum magnum magistrum seu perpetuum administratorem inibi habendâ, et in eiusdem Militiae comitiis, mitrâ pretiosâ similiter uti, necnon populo ter post solemnum, non autem privatarum, missarum celebrationem, ac eisdem pontificalibus indumentis ut praefertur induti ecclesias, capellas, aliaque sacra aedificia tam hactenus constructa quam de cetero construenda dictae Militiae dumtaxat benedicere, eaque polluta reconciliare; ac insuper pro earumdem ecclesiarum tantum usu et servitio paramenta et suppellectilia sacra, exceptis tamen iis omnibus in quibus sacri olei vel chrismatis unctio adhibetur, etiam benedicere, necnon litteras officii Poenitentiariae nostrae apostolicae, eis pro executione directas, ad supplicationem eiusdem Militiae militum seu aliarum personarum illius servitio addictarum expeditas, exequi; necnon praedictis capellanis cruce praedictâ ut praefertur decoratis et decorandis, ut, praeter consuetum eiusdem Militiae habitum, rocchetto et mozzettam cum suo capuccio violacei coloris, et super eâ crucem eiusdem Militiae, tam in praedictâ B. Mariae della Steccata nuncupatae in collegialem seu conventualem eiusdem Militiae ecclesiam ut praefertur erectâ ecclesiâ, quam extra eam, necnon extra civitatem et dioecesim Parmensem, et ubique locorum, etiam in processionibus et funeralibus, aliisque actibus et functionibus ecclesiasti-

cis publicis et privatis, ac etiam in comitiis provincialibus et generalibus eiusdem Militiae, ac etiam in S. R. E. praedictae cardinalium, etiam de latere legatorum, nunciorum, archiepiscoporum, episcoporum et aliorum quorumcumque praesentia, quibusvis anni temporibus et diebus, similiter deferre et gestare, illisque pariter uti, libere et licite respective possint et valeant, motu pari, et ex certâ scientiâ, deque apostolicae potestatis plenitudine, similiter perpetuo concedimus et indulgemus.

§ 9. Necnon omnia et singula praemissa, ac easdem praesentes, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae vel quopiam alio defectu notari, impugnari vel argui posse, ipsaque omnia et singula praemissa, tamquam magno magistro seu perpetuo administratori ac Militiae vel militibus nunc et pro tempore existentibus praedictis ex causâ onerosâ concessa, sub quibusvis tam earumdem praesentium quam similium vel dissimilium gratiarum in genere vel in specie suspensionibus, derogationibus, revocationibus, limitationibus, alterationibus, aliisque contrariis dispositionibus a nobis et successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus et a Sede praedictâ quavis de causâ quantumlibet legitimâ et iustissimâ pro tempore emanatarum¹ minime comprehendendi, sed semper ab illis excipi, et, quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum restituta, et de novo etiam sub quacumque posteriori datâ per magnum magistrum seu perpetuum administratorem ac milites nunc et pro tempore existentes praedictos quandocumque eligendâ concessa esse et censerî, necnon eisdem praemissis, eisdemque praesentibus,

¹ Potius emanatis (n. r.).

Clausula generalissima et specialissima.

etiam per quascumque litteras apostolicas, etiam per quasvis clausulas generales vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores et insolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quacumque verborum expressione, in se continentes, nullatenus derogari posse, nec quoad illa derogatum esse pariter censerî, nisi tenor illarum de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertus, et huiusmodi derogationes consistorialiter factae et per trinas distinctas litteras eundem tenorem continentes, tribus distinctis vicibus, magno magistro seu administratori perpetuo, ac militibus nunc et pro tempore existentibus praedictis, intimatae ac insinuatae fuerint, ac magni magistri seu perpetui administratoris ac militum nunc et pro tempore existentium praedictorum expressus ad id accedat assensus, et aliter factae derogationes nemini suffragari, et magnum magistrum seu perpetuum administratorem ac milites praedictos ad parendum litteris derogatoriis huiusmodi et decretis super illis processibus ac eorumdem processuum exequutoribus et subexequutoribus eorumque mandatis et monitionibus minime teneri; sed illos litterarum derogatarum huiusmodi executionem omnino impedire, nec, ratione resistentiae, censuris ecclesiasticis per eosdem exequutores seu subexequutores latis innodari; sique et non aliâs in omnibus et singulis praemissis huiusmodi per quoscumque iudices ordinarios vel extraordinarios et delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, necnon eiusdem S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos dictaeque Sedis nuncios, sublata eis et eorum cuiuslibet aliter iudicandi et definiendi, ac interpretandi facultate, potestate et au-

¹ Praeposit. per delenda videtur (n. r.).

toritate, ubique iudicari, definiri et interpretari debere, et, quidquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

§ 10. Quocirca venerabili fratri nostro episcopo Imolensi ac dilectis filiis causarum Curiae Camerae nostrae Apostolicae generalis auditori et archipresbytero ecclesiae Parmensis per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios, praesentes litteras et in eis contenta quaecumque, ubi et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Francisci ducis et magni magistri seu perpetui administratoris et militum nunc et pro tempore existentium praedictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac illis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostrâ Franciscum ducem et magnum magistrum seu perpetuum administratorem ac milites praedictos approbatione, confirmatione, constitutione, subrogatione, erectione, institutione, concessionem, assignatione, indulto, decreto, declaratione, derogatione, aliisque praemissis pacifice frui et gaudere, ac, si opus fuerit, Franciscum ducem et magnum magistrum seu perpetuum administratorem ac milites nunc et pro tempore existentes praedictos vel eorum procuratorem seu procuratores eorum nomine in corporalem possessionem ecclesiae B. Mariae della Steccata nuncupatae, in collegialem seu conventualem dictae Militiae ecclesiam, ut praefertur, erectae, ac domus piae, ac annexorum iuriumque et pertinentiarum suorum praefatorum inducant auctoritate nostrâ, et defendant inductos, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, facientes eis vel pro eis procuratori vel procuratoribus praedictis de illorum ac au-

Deputatio
executorum.

nexorum eorumdem fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi, non permittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, perturbari aut inquietari, contradictores quoslibet ac rebelles per censuras et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, necnon, legitimis super his habendis servatis processibus, illos sententias, censuras et poenas incurrisse declarando, necnon eas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, quatenus opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Contrariorum derogatio.

§ 11. Non obstantibus recolendae memoriae Bonifacii Papae VIII, similiter praedecessoris nostri, qua cavetur ne quis extra suam civitatem et dioecesim, nisi in certis exceptis casibus, ultra unam dietam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a Sede praedicta deputati extra civitatem vel dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut aliis vel alii vices suas committere praesument, et de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate earumdem praesentium ad iudicium non trahatur, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, necnon, quatenus opus sit, nostris et Cancellariae Apostolicae regulis de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, et exprimendo vero annuo valore tam uniendorum beneficiorum quam eorum quibus sit unio, et quibusvis aliis apostolicis, in provincialibus et synodalibus conciliis editis, generalibus vel specialibus, constitutionibus et ordinationibus, necnon ecclesiae B. Mariae della Steccata nuncupatae, in eiusdem Militiae collegialem seu conventualem ecclesiam, ut

praefertur, erectae, ac domus piae praedictarum respective fundatione, necnon Militiae illiusque Ordinis praedictorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, stabilitis usibus et naturis, ac quibusvis privilegiis, indultis et litteris apostolicis, etiam aliis militis ac Ordinariis locorum et quibusvis ecclesiis, monasteriis, ordinibus et locis, etiam fabricae basilicae Principis Apostolorum de Urbe, ac cruciatae sanctae, eorumque personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis etiam ad imperatorum, regum, reginarum, ducum, rerumpublicarum, etiam Venetae, et aliorum quorumcumque instantiam, etiam consistorialiter et motu simili, ac alias quomodolibet etiam per nos pluries concessis, approbatis et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua, non autem per clausulas, generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, latissime et plenissime, ac specialiter et expresse harum serie motu pari derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenoribus existant, per quae eisdem praesentibus non

expressa vel totaliter non inserta effectus huiusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Sanctio poenalis.

§ 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, approbationis, confirmationis, constitutionis, deputationis, subrogationis, erectionis, institutionis, concessionis, assignationis, subiectionis, exemptionis, declarationis, indulti, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnationis dominicae MDCCXVIII, vi kalendas iunii, pontificatus nostri anno XVIII.

Dat. die 27 maii 1718, pontif. anno XVIII.

CCLVIII.

Confirmatur decretum Congregationis indulgentiarum de communicatione indulgentiarum Congregationis Lateranensis Congregationi canonicorum Windesinensium in utraque Germania.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Petitio facta pro communicatione privilegiorum et indulgentiarum Congregationis Lateranensis.

§ 1. Nuper, pro parte dilecti filii Bernardi Goëken prioris monasterii Georgimontani in Granhof Hildesimensis dioecesis et praepositi generalis canonicorum regularium Congregationis Windesinensis Ordinis S. Augustini in utraque Ger-

1 Innocentii XIII const. edit. MDCCXXII, die 19 maii, pontif. 1, declaratur huiusmodi fruitio indulgentiarum pro canonicis superioris Germaniae.

mania, Congregationi venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium indulgentiis et sacris reliquiis praepositae exposito, quod ipse praedictam suam Congregationem, eiusque ecclesias, tam eorumdem canonicorum quam canonissarum, omnium privilegiorum et gratiarum, quibus Congregatio canonicorum Lateranensium fruitur, necnon indulgentiarum in sanctorum Augustini, et Monicae illius genitricis, Patritii, Frigidiani et Ubaldi episcoporum festis diebus, et die v mensis martii, qua Omnium Sanctorum Ordinis praedicti commemoratio ibidem fieri solet, ac aliarum Congregationi Lateranensi eiusdem Ordinis S. Augustini a Sede Apostolica concessarum, participem per nos declarari plurimum cupiebat, quemadmodum in quibusdam felicis recordationis Urbani VIII et Innocentii XII Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum annis MDCCXIV et MDCCXCI respective expeditis litteris constare dicebatur: emanavit ab eadem Congregatione cardinalium decretum tenoris qui sequitur, videlicet:

Sacra Congregatio indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita declaravit ecclesias canonicorum et canonissarum Congregationis Windesinensis ubique existentes participes esse omnium indulgentiarum quibus gaudet Congregatio canonicorum regularium Lateranensium. Quam sacrae Congregationis sententiam, per me secretarium sanctissimo domino nostro relatam die XXIII eiusdem mensis, Sanctitas Sua benigne approbavit. — C. DE HIERONYMIS, secret.

§ 2. Cum autem, sicut dictus Bernardus prior et praepositus generalis nobis subinde exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, quo firmiter subsistat, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desideret: nos, ipsius Bernardi prioris et praepositi generalis votis hac in re, quantum

Decretum Congregationis indulgentiarum pro concessione indulgentiarum tantum.

Confirmatio relati decreti.

cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum praeinsertum, auctoritate apostolica, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus: salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis cardinalium.

Clausulae. § 3. Decernentes, easdem praesentes litteras firmas, etc.¹

Derogatio contrariorum. § 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum. § 5. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis, etc.²

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xxx iunii MDCCXVIII, pontificatus nostri anno XVIII.

Dat. die 30 iunii 1718, pontif. anno XVIII.

CCLIX.

Confirmatur et innovatur constitutio Clementis X revocans et prohibens privilegia personalia pro provinciis fratrum Minorum Discalceatorum in Brasilia.

¹ Reliqua ut pag. 703 a (R. T.).

² Reliqua ut pag. 704 a (R. T.).

³ Laudata constitutio edita fuit pro Reformatis, anno MDCLXXII, die 7 octobris, pontif. III, et hic refertur; huius Pontificis constit. edit. MDCCXVII, die 7 septembris, pontif. XVII, extat statutum de visitatore provinciae Conceptionis

**Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.**

Admonet nos suscepti cura regiminis universalis Ecclesiae, ut illa, quae a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, pro felici christifidelium, qui, abnegantes semetipsos, e fluctibus saeculi in regularis vitae portum confugerunt, directione et quiete, salubriter constituta esse dignoscuntur, quo serventur¹ in posterum exactius, innovemus, et apostolicae confirmationis nostrae patrocinio constabiliamus.

§ 1. Dudum siquidem a felicis recordationis Clemente PP. X praedecessore nostro emanarunt litterae in simili forma Brevis, tenoris qui sequitur, videlicet: *Clemens PP. X, ad perpetuam rei memoriam.* Sacrosancti apostolatus officium, etc.²

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die vii octobris MDCLXXII, pontificatus nostri anno III.

§ 2. Cum autem, sicut dilecti filii fratres provinciarum S. Antonii et Immaculatae Conceptionis in Brasilia Ordinis fratrum Minorum sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum nobis nuper exponi fecerunt, ipsi, ne imposterum in provinciis huiusmodi ambitionis et relaxationis laxentur habenae, praeinsertas litteras per nos confirmari, ac alias opportune in praemissis a nobis provideri et ut infra indulgeri plurimum desiderant: nos, inviolabili praeinsertarum litterarum observationi, quantum cum Domino possumus, peramplius consultum esse cupientes, ipsosque exponentes specialibus favoribus et gratiis pro-

suminis Ianuarii; et const. edit. MDCCXX, die 7 septembris, pontif. XX, abolerentur indulta lectorum, praedicatorum et magistrorum Reformatorum.

¹ Edit. Main. legit *servetur* (R. T.).

² Habetur in tom. XVIII, pag. 349 (R. T.).

Exordium.

Constitutio Clementis X, qua revocata fuit et in posterum prohibita privilegia personalia, nonnullis exceptis, cum poenis in contravenientes.

Confirmatio recentis constitutionis cum nova prohibitionem eorumdem privilegiorum.

CCLX.

Monita pastoralia christifidelibus data adversus recusantes obedientiam praestare constitutioni Unigenitus.

**Clemens episcopus,
servus servorum Dei,
universis christifidelibus praesentes litteras inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem.**

sequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium, qui dilectum filium modernum procuratorem generalem dicti Ordinis super praemissis audiverunt, consilio, praeinsertas Clementis praedecessoris litteras, cum omnibus et singulis in eis contentis, pro dictis duabus provinciis, apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo confirmamus et approbamus, ac, quatenus opus sit, innovamus; necnon insuper indulta seu privilegia personalia huiusmodi etiam a nunc et pro tempore existente nostro et dictae Sedis in Portugalliae et Algarbiorum regnis nuncio concedi minime posse, ac concessa nullum habere vigorem nec executionem, dicta auctoritate, harum serie, decernimus et declaramus.

Derogatio contrariorum. § 3. Non obstantibus omnibus et singulis illis quae in praeinsertis litteris idem Clemens praedecessor voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum. § 4. Volumus autem ut earumdem praesentium litterarum transumptis, etc.¹

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xx augusti MDCCXVIII, pontificatus nostri anno XVIII.

Dat. die 20 augusti 1718, pontif. anno XVIII.

¹ Reliqua ut pag. 704 a (R. T.).

Prohemium.

Pastoralis officii, quod superni dispositione consilii gerimus, cura nos admonet, ut animarum saluti ubique terrarum procurandae, ac praesertim orthodoxae fidei, sine qua impossibile est placere Deo, puritati servandae, omni studio advigilemus.

§ 1. Eapropter, cum in quibusdam ultra montes provinciis, et praecipue in amplissimo Galliae regno, varia pravarum doctrinarum, imo et haeresum semina, occasione damnati cuiusdam libri gallico idiomate iam pridem editi sub titulo: *Le Nouveau Testament en françois, avec des réflexions morales sur chaque verset, etc.*; aliter vero: *Abrégé de la morale de l'Évangile, des Actes des Apôtres, des Épîtres de S. Paul, des Épîtres canoniques, et de l'Apocalypse*; vel: *Pensées chrétiennes sur le texte de ces livres sacrés, etc.*, germinare cognovissemus, iisdem eradicanis, nostri non minus muneris debito admoniti, quam crebris multorum catholici orbis ac praesertim Galliae episcoporum precibus excitati, quin etiam piis ac sapientius repetitis clarae memoriae Ludovici XIV, dum vixit, Francorum regis christianissimi votis et officiis adducti, quascumque potuimus apostolicae nostrae sollicitudinis partes, adiuvante Do-

Causae damnationis libri: Le Nouveau Testament, et constitutionis Unigenitus.

¹ Laudata constitutio edita fuit MDCCXIII, die 8 septembris, pontif. XIII, ubi vide notata; et Benedicti XIII constit. edit. MDCCXVIII, die 25 iunii, pontif. V, damnantur duo libri gallici.

mino, interponere non praetermissimus. Quae autem et quanta in hoc arduo gravissimoque negotio per plures annos egerimus et passi simus, quaeve inobedientium hominum et paucorum (quod valde dolentes dicimus) illustrium etiam ecclesiarum antistitum veritati non acquiescentium operam in idem inclytum regnum mala provenerint, vobis fere omnibus minime ignota esse existimamus. Postquam siquidem, divino in primis implorato praesidio, curaque omni, studio ac labore, prout rei gravitatis exposcebat, diutissime collatis, adversus praedictum librum constitutionem nostram, quae incipit *Unigenitus Dei filius*, anno Incarnationis dominicae MDCCLXIII, VI idus septembris, editam promulgavimus, in qua plures noxios articulos ex eodem libro excerptos censuris variis, quas respective, ut aiunt, hoc est, singuli aliquam saltem earum merebantur, notatos, pro huius Sanctae Sedis more proscripsimus (cuiusmodi remedii necessitatem tum memoratus Ludovicus rex, tum plerique ex Gallia episcopi supradicti iteratis obtestationibus inculcaverant, non aliter suborta dissidia fedari posse constanter affirmantes), tota quidem Christi Ecclesia, Petrum per nos, tametsi indignos, loquentem secuta, apostolicam eiusdem constitutionis doctrinam debito obsequio atque obedientiam suscepit; at novatores, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident, ex inconsultam eorumdem paucorum antistitum haesitatione, ita animos extulerunt, ut incredibili audacia constitutionem ipsam perverse interpretari et incessere, pravaeque etiam doctrinae per impudentes calumnias insimulare non erubuerint. Itaque, ut reluctantes illos episcopos ad sectanda fratrum suorum vestigia excitaremus, ac turbarum malorumque omnium fomitem, quem improvida illa

Oppositiones
constitutioni
Unigenitus do-
lens enarrat.

conclatio ministraverat, extingueremus, canonicas animadversiones post diuturnatium annorum longanimitatis experimenta adhibere constitueramus. Verum venerabiles fratres nostri S. R. E. cardinales, quibuscum rationem consilii nostri communicare aequum esse censuimus, nos enixe obsecraverunt, ut paulisper a severioribus remediis superseedere vellemus, dum interim communibus litteris collegam suam, constitutioni nostrae sese subicere detrectantem, atque iisdem propterea animadversionibus obnoxium, ad unitatis et pacis consilia revocare conarentur. Eorum igitur precibus annuentes, ne quam lenitatis viam intentatam relinqueremus, per illas ipsas inducias nos quoque ad universos archiepiscopos et episcopos regni Galliarum litteras in formam Brevis die XX novembris MDCCLXVI expeditas dedimus, quibus, rerum gestarum serie et ecclesiarum perturbatione uberius exposita, illos hortati sumus ut dissentientes coepiscopos suos, nostro etiam nomine, convenirent, eosque officii sui fraternam charitatem admonerent, necnon omnibus sacerdotalis sollicitudinis argumentis, imploratoque, nostris etiam verbis, dilectissimi in Christo filii nostri Philippi ducis Aurelianensis, eiusdem regni rectoris, patrocinio, ad reparanda ecclesiasticae unitatis et disciplinae detrimenta, atque ad avertenda catholicae religionis pericula flectere satagerent. Speravimus quidem uberem ex eiusmodi nostris litteris fructum, iunctoque nobiscum praeclarissimorum Galliae praesulum zelo, qui maximo sane numero pro veritate certabant, factum iri credidimus ut dissidentes fratres, quod nobis adeo in votis erat, lucrari possemus. Atqui spe nostram frustratos confestim nos vidimus, dolentesque clamare coacti sumus: *Sustinuimus pacem et non venit; quaesi-*

mus bona et ecce turbatio; et sane tam gravis, ut, qui ex adverso erant, illas ipsas nostras et huius Sanctae Sedis voces variis artibus pene intercludere tentaverint. Neque profecto feliciter cessarent officia illa, quae cardinales praedictis per impetratas a nobis, ut diximus, inducias praestiterunt. Quamquam enim communi totius sacri collegii epistolam suasionem, consilia, obsecrationes, atque omnem ministerii sui fraternaeque benevolentiae fidem, sedulitatem ac sollicitudinem adhibuissent, frustra se tamen laborasse intellexerunt, neque alium, praeter inanes scandalorum ac dissidiorum expostulationes, sed sine voluntate veram amovendi causam unde illa emergerant, operae suae fructum reportarunt. Non tamen propterea concidimus animo, imo necdum a mitioribus consiliis recessimus, nihil interim curantes, quomodo homines modum hunc agendi nostrum interpretarentur, quippe qui sciremus Deo aequae per infamiam et bonam famam serviendum esse. Itaque, ut aberrantes in viam iustitiae suaviter revocarem, iteratis saepius hortationibus nostris etiam preces addidimus, eundemque in scopum privatis litteris manu nostram conscriptis, ea omnia paternae mansuetudinis officia implevimus, quae suggerere nobis potuit christiana charitas, quae patiens est, benigna est, omnia suffert, omnia sustinet. Plures interea Gallicani antistites, non minus sapientiam et doctrinam quam pietate ac studio tuendae religionis illustres, ex iis scilicet, qui debitam submissionem constitutionem nostram amplexi fuerant, dignitatis et muneris sui probe memores, votisque et officiis nostris obsecundantes, favente etiam eorum conatibus memorato Philippo duce ac rectore, curas omnes suas assiduosque labores ad discordantium fratrum animos permovendos

enixe conferre non omiserunt. Sed haec omnia prosperum illum, quem summo-pere praestolabamur, exitum minime habuerunt. Obscurati siquidem sunt renitentium oculi ne viderent, ac obturatae sunt aures ne audirent; adeo nonnulli eorum, non sine honorum omnium luctu hostiumque Ecclesiae plausu, ad ea insuper publice devenire ausi fuerint, quae omnes ex vobis, quibus illa innotuerunt, improbasse non dubitamus, quaeque ipsimet, qui ea perpetrarunt, a nobis et a sancta Romana Ecclesia palam atque perpetuo damnanda atque execranda esse non ignorabant.

§ 2. Quare, nos, qui supremo divini pastoris mandato deesse nec possumus nec debemus, quo et illius oves pascere et fratres nostros confirmare praecipimur, animo nobiscum reputantes quod verbum Dei non est alligatum, postquam diu, tentatis inutiliter consiliis pacis, hucusque siluimus, adhuc ulterius tacere nobis non tutum, christiano autem populo perniciosum fore censemus. Ad vos proinde omnes ex unaquaque natione, quae sub caelo est, christifideles, paternas voces nostras dirigimus, quo, primum quidem doloris nostri participes, vestras nobiscum ad Deum preces deferatis, ut, supernam adspirante gratia, qui hactenus contumaces fuerunt, non iam ulterius alta sapientes, sed humilibus consentientes, ad debitam cum ceteris christifidelibus in sanam catholicamque doctrinam profertendam veniant unitatem. Hoc nempe ex animo unice quaerimus, hoc dies noctesque, nec sine lacrymis, a Domino imploramus; neque enim oblivisci potest mulier infantem suum, nec sancta Romana Ecclesia filios suos. Deinde, ne quis christianum populum seducere pergat inanibus verbis, eos omnes, ut necesse est, monitos volumus et certos facimus, quod frustra, et quidem non

Monita
praedicta.

Ut christifideles pro contumaciam restituant Deum precantur.

Ut vivit refractorum calumnias, duos et artes, quae hic deteguntur.

sine fermento malitiae et nequitiae, isliusmodi homines nobiscum in doctrinae religionis consentire se iactant, dum interim, heterodoxorum exemplo praecedente, editam a nobis constitutionem, quam universa Ecclesia veneratione debita complectitur, non modo alienis ab ipso verborum tenore interpretationibus, sed et apertis calumniis superinductis maligne carpere audent, et immanium errorum accusatione perstringere; perinde ac si ipsi soli, aliis christifidelibus ubique gentium desipientibus, saperent, ipsi soli, reliquis coequentibus, lumen veritatis adspicerent. Nec profecto minor est illorum culpa, qui, ut facilius incautis illudant, cum haec ipsa moliuntur, eidem constitutioni nostrae nequaquam adversari, sed solas declarationes, in rebus tamen apud ceteros omnes plane perspicuis, postulare se simulant, non quidem discere sed tentare cupientes, ut Ecclesiam, si possint, quaestionibus inutilibus et interminatis immisceant, et luci catholicae veritatis tenebras quomodo obscuritatis offundant. Ita sane, patientiam nostram abutentes, apostolicae auctoritatis obsequium ac reverentiam se exhibere gloriantur illo ipso tempore, quo ei gravissimam inferunt iniuriam; iisdem siquidem explicationum petitionibus satis aperte ostendunt, ideo se constitutioni nostrae debitam obedientiam nondum praestitisse, quia verentur, ne per illam catholica dogmata convellantur, ne laudabilis et ab Sancta Sede probata ecclesiastica disciplina infringatur, neve demum salubriores christianorum morum regulae subvertantur; quod plane idem est ac vereri ne defecerit fides Petri, totaque Christi Ecclesia magisterio apostolicae vocis imbuta a via veritatis et salutis erraverit. Praeterea, ut pessimae causae splendidum patrocinium concilient praefataeque con-

stitutioni maiorem undecumque invidiam faciant, se ab ea suscipienda retardari affirmant eo quod suspicentur per illam damnari sententias atque doctrinas, quas insignes catholicorum scholae absque ulla censura hactenus tenuerunt ac tradiderunt; cum tamen, nisi ab antiquis semitis, sanctorumque patrum vestigiis, imo et ab eorundem scholarum instituto, quod verbis profitentur, reipsa recessissent, probe reminisci deberent, quod illarum principes, quorum nomina pertinaciae suae temere praetendunt, quemadmodum et ceteri illustriores Ecclesiae scriptores, suum semper esse duxerunt ut ab Apostolica Sede discerent quid credere, quid tenere, quid docere deberent, ut ad illam scripta sua examinanda et emendanda dirigerent, ut inde lumen catholicae fidei reciperent, ubi non posset fides ipsa sentire defectum, ut nemo eorum denique sententiam suam adversus Petri auctoritatem defenderet. Ceterum in hoc ipso praepostero iudicio consuetum calumniandi morem non derelinquunt; nisi enim excaecaret eos malitia eorum, ac nisi diligerent magis tenebras quam lucem, ignorare non deberent, sententias illas ac doctrinas, quas ipsi cum erroribus per nos damnatis confundunt, palam et libere in catholicis scholis etiam post editam a nobis memoratam constitutionem sub oculis nostris doceri atque defendi, illasque propterea minime per eam fuisse proscriptas. Verum supercecidit ignis contentions et aemulationis, et non viderunt solem lucidissimae veritatis. Hinc, iusto Dei iudicio, ambulantes in tenebris nesciunt plane quo vadant; scandalum siquidem de constitutione nostra comminiscuntur, sed se ipsos potius de pervicaci sua inobedientia scandalum facere non agnoscunt. Sacrosanctam episcopatus digni-

tatem exaltare se velle declarant, sed re ipsa deprimunt, dum interim fraternitatem ipsi contemnunt, audacissimae inferioris cleri rebellionis fomentum tribuunt, universumque ecclesiasticum ordinem laicis tribunalibus, vel in ipsa religionis causa, indecore ac perperam subiici non attendunt. De veteris ac novae legis discrimine, tamquam de re ipsis solis perspecta, multa et plerumque inutiliter disputant, novaeque praestantiam, quam omnes agnoscunt et profitentur, inculcare non desinunt; utriusque tamen legis plenitudinem, quae est dilectio, minime observant. Charitatem nulli impensius laudant, nulli impudentius violant; divinae gratiae veritatem praedicant, quam catholicus nullus negat, sed damnatis erroribus faventes, spiritui gratiae contumeliam faciunt. Quod vero nos de pusillorum scandalo sollicitos plurimum excruciat, illud est, quod dum plerique eorum haec faciunt vel consentiunt facientibus, adhuc specioso quodam ementitiae severitatis amictu se contegentes, rigidioris doctrinae gloriam captare non cessant, instituendaeque in melius christianorum vitae et ad normam Evangelii componendae zelum magnifice ostentant.

Ut contumacitas respiciant.

§ 3. Quare nos, perniciosam hanc larvam, quae animabus pretiosissimo Christi sanguine redemptis certum parere posset exitium, palam detrahere, urgente nos apostolici ministerii debito, volentes, ipsos primum aberrantes fratres, ut alias saepe privatim fecimus, publice modo et coram universa Ecclesia monitos facimus, ne sibi ulterius de falsa exactioris disciplinae fama blandiantur; neque enim vera virtus absque humilitate, pietas absque obedientia, christiana demum perfectio absque charitate potest consistere. Porro quae humilitas, sensum proprium communi fra-

trum sententiae, quin et supremae beati Petri cathedrae iudicio obstinate praeferre? Quae obedientia, apostolicis definitionibus reluctari? Quae tandem charitas, iniuriis et contumeliis agere, iras, rixas et contentiones ubique disseminare? Agnoscant igitur, divini luminis irradiante fulgore, quam gravibus coram Deo et Ecclesia reatibus et periculis involvantur. Meminerint scriptum esse, quod *quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idololatriae est nolle acquiescere*. Omnipotentis Dei, qui superbis resistit, tremendum et imminens sibi iudicium timeant, Ecclesiaeque pacem simul et reipublicae tranquillitatem perturbare tandem aliquando desistant. Reliquos deinde vos omnes per universum terrarum orbem apostolicae fidei cultores paterne admonemus, requirimus et obtestamur, ut, ad eos, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, probe dignoscendos, certissimam illam, quam Dominus ac Salvator noster nobis reliquit, regulam adhibeatis, videlicet, *A fructibus eorum cognoscetis eos*. Qui autem fructus isti sint, ex eorum, qui constitutioni nostrae sese submittere renuerunt, contumaciam provenientes, totiam pene christiano orbi nimium perspecti sunt et manifesti; de illis propterea, ne acerbissimi doloris nostri vulnera refricemus, prolixius eloqui libenter absistimus. Nolite ergo, filii dilectissimi, vosque potissimum, qui ut loco, ita et periculo propinquiores estis, nolite effici participes eorum, nolite omni spiritui credere, doctrinis variis et peregrinis nolite adduci, sed sanam et orthodoxam sanctae Romanae Ecclesiae doctrinam, quae sacrum fidei depositum intemerate servat, tuto sequimini et firmiter custodite. Nos vero, quos ceteris zelo domus Dei non minus

Ut obtemperantes ab illorum fraudibus caveant.

quam dignitate¹ praesire oportet, ut ingruentium tot malorum gravitati, quantum rerum et temporum praesens conditio patitur, opportune occurramus, praesertim ne pastores, errantes et in errorem mittentes, disperdere et dilacerare gregem Domini, nemine cohibente, prosequantur; neve oves Christi, nobis tacentibus, rapi in praecipitia se sinant: universis christifidelibus, quid interim gravissimam hac in re nos agere duxerimus, palam edicere ac declarare statuimus.

Ut sciatur, contumaces non amplius esse Ecclesiae filios, nec communionem habere cum Romana Ecclesia.

§ 4. Noverint ergo omnes, qui ubicumque terrarum catholico nomine gloriantur, nos, qui unigeniti Filii Dei et salvatoris nostri Iesu Christi vices, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, in terris gerimus, eos omnes, cuiuscumque status, gradus, ordinis et conditionis illi sint, etiamsi episcopali, archiepiscopali, aut alia qualibet etiam cardinalatus dignitate praefulgeant, qui memoratae constitutioni nostrae debitam et omnimodam obedientiam praestare hactenus recusarunt, aut in posterum recusare ausi fuerint, ut veros sanctae Romanae Ecclesiae filios non agnoscere, neque ut nobis et beati Petri cathedrae, quod falso autumant, adhaerentes et consentientes, sed contra potius uti aperte inobedientes ac notorie contumaces et refractarios habere, tenere ac reputare. Et, quoniam primo ipsi a nobis et sancta Romana Ecclesia, si minus expressis verbis, factis certe pertinacisque et obduratae mentis multiplici significatione recesserunt, illos similiter a nobis tamquam a nostra et eiusdem sanctae Romanae Ecclesiae charitate prorsus segregatos haberi; nullamque proinde nobis et ipsi sanctae Romanae Ecclesiae deinceps cum illis communionem ecclesiasticam extitutam, donec

¹ Male edit. Main. legit *dignitates* (R. T.).

(quod laxit Deus) integre recipiant, reiectaque penitus audacia refragandi, per exhibitionem verae obedientiae, quam complures eorum Romano Pontifici beati Petri successori ac Iesu Christi vicario in ipsamet solemnique professione catholicae fidei, interposita iurisiurandi religione, ad sancta Dei evangelia saepius sponderunt; pristinae charitati et unitati ab eadem Apostolica Sede restitui mereantur.

§ 5. Ad vos postremo, venerabiles fratres, patriarchae, primates, archiepiscopi, episcopi, ceterique omnes ecclesiarum praesules, gaudium nostrum et corona nostra, apostolicae dilectionis nostrae sermonem convertimus, hortantes vos et obsecrantes in Domino, ut, pro eo quo polletis pastoralis zelo, commissas vobis Christi oves a venenatis pascuis, id est profanarum vocum et doctrinarum novitatibus, sedulo arceatis, simulque paternam sollicitudinem nostram in revocandis ad saniora consilia quibuscumque dissidentibus efficacius adiuvetis, ita ut vobis indivulsam cum sancta Romana Ecclesia in doctrinae fidei unitatem, quod iam plerique vestrum egregie praestitistis, firmissime profitentibus, christiani omnes agnoscant, vos longe ab iis esse qui elongaverunt se a nobis, ac illorum damnabilem inobedientiam unam nobiscum aversari et improbare, eosque, nisi resipuerint, a communis societatis charitate prorsus alienos habere. Utinam qui paternis hactenus humilitati nostrae vocibus reluctati sunt, vobis omnibus non modo arguentibus, obsecrantibus et increpantibus, sed et ab eorum consortio penitus abstinentibus, erubescant, confundantur et convertantur, detque illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, ut, secundum apostolicam doctrinam, idem ipsum tandem dicamus omnes,

Ut praesules obediens greges suos a venenatis pascuis arceant, ab omni consortio cum refractariis abstineant, eosque ad obedientiam revocent.

et non sint in nobis schismata, simul autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia, auxiliante nobis per omnia gratia domini nostri Iesu Christi, cui est honor et gloria in saecula. Amen.

Fides transumptorum.

§ 6. Ut autem praesentes litterae ad omnium fidelium quibuscumque locis existentium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fidem haberi, quae ipsis originalibus litteris haberetur si forent exhibitae vel ostensae.

Sanctio postalit.

§ 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae admonitionis, edicti, declarationis, hortationis, obsecrationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnationis dominicae MDCCXVIII, v kalendas septembris, pontificatus nostri anno XVIII.

Dat. die 28^a augusti 1718, pontif. anno XVIII.

CCLXI.

Declaratur nullus tractatus pacificationis inter abbatem S. Galli et magistratum Bernensem et Tigurinensem initae, catholicae fidei et Ecclesiae iuribus noxiae¹.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex, aequi bonique supremus assertor in terris a Domino

¹ Edit. Main. ad marg. habet 26 (R. T.).

² Ab Urbano VIII const. ed. MDXLI, die 5 iunii, ecclesiae iura praeservata fuere a quibuscumque praepiudiciis; huius Pontificis const.

constitutus, catholicae fidei integritatem, necnon ecclesiasticam libertatem et immunitatem, aliaque ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, ac locorum ecclesiasticorum quorumlibet illorumve personarum iura sartatecta tueri, et adversus quascumque pactiones et conventiones, per quas illis aliquid detrimenti inferri possit, tradita sibi divinitus potestate, asserere tenetur, sicut, omnibus maturae considerationis trutinam perpensis, aequitati et iustitiae consentaneum esse in Domino arbitramur¹.

§ 1. Cum itaque, sicut ad apostolatus nostri notitiam non sine gravi animi nostri molestia pervenit, novissime, nempe die xv iunii proxime praeteriti, in oppido Badensi dilectus filius Ioseph a Rodulphis modernus abbas monasterii dicti S. Galli Ordinis sancti Benedicti nullius dioecesis provinciae Moguntinae, ex una, ac magistratus pagorum² Bernensis et Tigurini, eorumque respective ministri seu deputati, ex altera partibus, super diversis controversiis, ob quas dudum inter eosdem pagos et bonae memoriae Leodegarium, dum vixit, memorati monasterii abbatem, non ita pridem ab humanis exemptum, etiam ad arma deventum fuerat, tractatum quemdam pacificationis inierint, in plures articulos distinctum, quorum plerisque in comitatu Dosgiensi, eiusdem monasterii ditioni subiecto, non modo haereticis hominibus nefariae suae haereseos exercitium libere permittitur, sed ipsi haeretici una cum catholicis, per

In tractatu huiusmodi permittitur exercitium haereseos, haeretice conceduntur publicae munia et puerorum instructio.

ed. MDCCXII, die 19 iulii, pontif. XII, nulla declarata fuit concordia inter ecclesiasticos et syndicos terrae Villarii; et Benedicti XIII const. ed. MDCCXXVI, die 14 februarii, pontif. II, nullum declaratur iuramentum fidelitatis exhibitum potestati saeculari in Sabaudia a praeposito hospitalis Magni S. Bernardi.

¹ Legerem *arbitratur* (R. T.).

² Male edit. Main. legit *Pasorum* (R. T.).

inde ac si esse posset societas luci ad tenebras, et participatio iustitiae cum iniquitate, ad iudicium consiliariorum magistratuum, aliaque publica munia, officia seu ministeria, omnino aequaliter et absque ullo prorsus discrimine admittuntur; praeterea, quod vix credi potest, parochis acatholicis accurata puerorum instructio non utique in aliis, nisi eius quam profitentur, adeoque damnatae religionis dogmatibus enixe commendatur, aliaque multa non minus orthodoxae fidei, divino cultui, atque animarum saluti adversantia, quam monasterii supradicti, illiusque abbatis, monachorum, aliarumque personarum iurisdictioni, auctoritati, exemptionibus, privilegiis, rebus, bonis ac iuribus prorsus repugnantia et infensa approbantur, statuuntur et firmanur; et alias, prout in instrumento seu scriptura super tractatu pacificationis huiusmodi confecto seu confecta, et subinde forsitan utriusque ratificato seu ratificata, uberius dicitur contineri:

Causae sequentis declarationis.

§ 2. Tametsi vero eundem tractatum per se manifeste nullum ac irritum esse palam constet, notoriique iuris sit quascumque conventiones seu pactiones de rebus ac bonis ecclesiasticis absque Apostolicae Sedis auctoritate initas nullius esse roboris vel momenti; quinimmo felicitis recordationis Urbanus PP. VIII, praedecessor noster, Sedis praedictae ac Romanae inferiorumque ecclesiarum necnon personarum ecclesiasticarum quarumlibet iura quibuscumque praeiudicialibus, per quamdam suam constitutionem die v iunii MDCXLI editam, amplissime praeservaverit; adeoque tractatus praedictus nullam vere ad sui reprobationem ulteriori nostram abrogatione indigeat: nihilominus, ne tam gravia per illum orthodoxae non minus religioni quam apostolicae auctoritati infli-

cta vulnera silentio praeteriisse, nostrique propterea pastoralis officii debito deesse videamur, ita nos hac in re gerere statuimus, ut nostri etiam vigore iudicii nulla unquam tractatus praedicti ratio haberi possit. Hinc est quod nos, catholicae fidei conservationi, necnon huius Sanctae Sedis, monasterii S. Galli, illiusque abbatis et monachorum, aliorumque eius personarum, locorum, bonorum ac iurium quorumcumque indemnitati providere cupientes, memoratisque Urbani praedecessoris vestigiis inhaerentes, necnon instrumenti seu scripturae tractatus pacificationis huiusmodi, omniumque et singulorum inibi contentorum, et aliorum quorumcumque etiam specificam et individuum mentionem ac expressionem de necessitate requirentium, tenores et datas etiam superiores, ceterave quaelibet, etiam speciali mentione digna, praesentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis et exactissime specificatis habentes, post deliberationem quam desuper cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus contra haereticam pravitatem generalibus inquisitoribus habuimus diligentem, de ipsorum nonnullorumque aliorum eiusdem S. R. E. cardinalium super hoc eodem negotio a nobis specialiter deputatorum consilio, ac etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine, praenarratos et alios quoslibet dicti tractatus pacificationis articulos, ceteraque in instrumento seu scriptura huiusmodi contenta, quae catholicae fidei, divino cultui, animarum saluti, Sedi Apostolicae, monasterio S. Galli, illiusque abbati, monachis et aliis personis, membris, rebus, dominiis, bonis, redditibus, iurisdictionibus, etiam temporalibus, auctoritatibus, immunitatibus, libertatibus,

Declaratio nullitatis, ut in rubrica.

privilegiis, praerogativis et iuribus quibuscumque quomodolibet officium seu praeiudicium etiam minimum adferunt aut inferre seu intulisse vel alias nocere seu nocuisse quoquomodo dici, censerent, praetendi vel intelligi possent, cum omnibus et singulis inde secutis et quodcumque secuturis, ipso facto nulla, irrita, invalida, iniqua, iniusta, damnata, reprobata, inania, viribusque et effectu penitus et omnino vacua ab initio fuisse, et esse, et perpetuo fore, neminemque ad illorum et cuiuslibet eorum, etiamsi pluries ratificata et iuramento vallata sint, observantiam teneri, neque ex illis cuiquam aliquod ius vel actionem aut titulum etiam coloratum vel possidendi ac praescribendi causam, etiamsi longissimi et immemorabilis temporis possessio etiam citra ullam interpellationem vel interruptionem subsequatur, acquisitum fuisse nec esse, minusque ullo tempore acquiri et competere posse, neque illa ullum statum facere vel fecisse, sed, perinde ac si nunquam emanasset nec facta fuisset, pro non extantibus et non factis perpetuo haberi debere, tenore praesentium, declaramus et decernimus. Et nihilominus, ad abundantiore cautelam et quatenus opus sit, articulos praefatos, aliaque praemissa, ut praefertur, praeiudicialia, motu, scientia et potestatis plenitudine paribus, damnamus, reprobamus, irritamus, cassamus, annullamus, viribusque et effectu penitus et omnino vacuumus; ac, quatenus itidem opus sit, monasterium S. Galli praefatum, illiusque monachos et personas quascumque, adversus illa in integrum et pristinum ac eum, in quo ante quaslibet haereticorum usurpationes et invasiones quomodolibet erant, statum restituimus, remittimus, reponimus et plenariae reintegramus.

§ 3. Decernentes, easdem praesentes litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quicumque in praemissis interesse habentes seu habere quomodolibet praetendentes, etiam specificam et individuum mentionem digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati et auditi, neque causae, propter quas eadem praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, aut ullo modo iustificatae fuerint, aut ex alia quacumque causa, colore, praetextu et capite, etiam in corpore iuris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis et nullitatis vel invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium vel habere praetendentium consensu, aliove quocumque etiam quantumlibet magno ac incogitato incogitabile defectu, aut ex alio quovis capite a iure vel facto aut statuto, consuetudine vel privilegio resultante, notari, impugnari, invalidari, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos iuris reduci ullatenus posse; sed ipsas praesentes litteras semper et perpetuo firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus et singulis, ad quos spectat et pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari, sicque et non aliter, etc. ¹

§ 4. Non obstantibus praemissis, ac apostolicis, et in universalibus provincialibusque et synodalibus conciliis editis, generalibus vel specialibus, constitutionibus et ordinationibus, et, quatenus opus sit, nostram et Cancellariae apostolicae regulam de iure quaesito non tollendo, legibus quoque etiam imperialibus et municipalibus, necnon quibusvis, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, sta-

Contrarium derogatio.

¹ Reliqua ut supra pag. 656 a (R. T.).

tatis et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indolis et litteris apostolicis, quibuscumque locis et personis, etiam quacumque ecclesiastica vel mundana dignitate fulgentibus, et aliis quomodolibet qualificatis, ac specialem expressionem requirentibus, sub quibuscumque verborum tenoribus et formis, ac eum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis et insolitis clausulis irritantibus, et aliis decretis, etiam motu, scientia et potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, et assensu quomodolibet, in contrarium praemissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, et quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi, etc. ¹.

Vide transumptorum.

§ 5. Volumus autem, ut earumdem praesentium litterarum transumptis, etc. ²

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die x decembris MDCCLXVIII, pontificatus nostri anno XIX.

Dat. die 10 decembris 1718, pontif. anno XIX.

CCLXII.

Confirmatur decretum capituli generalis monachorum Congregationis Reformatae S. Bernardi de superioribus singulis sexenniis eligendis.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

Refertur ium edita huius Pontificis constitutione.

§ 1. Alias emanarunt a nobis ad favorem Congregationis Reformatae sancti Bernardi Monachorum Ordinis Cister-

¹ Reliqua ut supra pag. 656 b (R. T.).

² Reliqua de more, ut pag. 704 a (R. T.).

³ Constit. edita MDCCLXVIII, die 4 maii, pontificatus XVIII, quae hie refertur, prorogatum fuit capitulum generale ad sexennium; et Benedicti XIII const. ed. MDCCLXVII, die 2 septembris, pontif. III, restituitur provinciae Calabriae monasterium de Sagittario.

ciensis litterae in simili forma Brevis tenores qui sequitur, videlicet:

Clemens PP. XI, ad perpetuam rei memoriam. Cum, sicut accepimus, in Congregatione Reformatae S. Bernardi Monachorum Ordinis Cisterciensis, etc. ¹

§ 2. Cum autem, sicut dilectus modernus procurator generalis eiusdem Congregationis monachorum nobis nuper exponi fecit, memorati vocales in dicto capitulo generali, die ix maii proxime praeteriti ut praesertur celebrato, in eoque praedicto Francisco cardinali, nostro et eiusdem Apostolicae Sedis nomine, praesidente, decretum ediderint, quo consensum suum praebuerunt, ut non modo capitulum generale eiusmodi, verum omnium etiam superiorum, tum maiorum, cum localium, ipsius Congregationis officia de sexennio ad sexennium in futurum prorogarentur, dictus vero procurator generalis decretum praefatum apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret: nos, eiusdem procuratoris generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus eius ac universae Congregationis praedictae nomine nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de supradictae Congregationis particularis cardinalium consilio, praenarratum decretum, auctoritate apostolica, tenore praesentium, approbamus et confirmamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur

¹ Vide supra pag. 789 a et seq. (R. T.).

Decretum capituli generalis de celebratione capituli generalis singulis sexenniis et superioribus sexenniis.

adiicimus, ac omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: cum infrascriptis tamen declarationibus, nimirum, quod prorogatio de triennio ad sexennium officiorum eiusmodi superiorum fiat in posterum dumtaxat quoad superiores maiores, abbatem nempe generalem, duos assistentes visitatores generales, visitatores provinciales, et procuratorem generalem, nullatenus autem quoad alios superiores locales, scilicet abbates, priores, superiores, vel oeconomos, qui omnes circa finem temporis Quadragesimae cuiusque triennii post singula capitula generalia, ad sexennium, sicut praemittitur, prorogata, ad praefatum abbatem generalem in alma Urbe nostra degentem suas patentes litteras omnino transmittere teneantur, nullam tamen administrationum suarum factam interruptione, et absque ulla efformatione seu confectione statuum monasteriorum, et ab ipso abbate generali, de suorum consiliariorum per constitutiones eiusdem Congregationis monachorum auctoritate apostolica confirmatas pro superiorum praedictorum electione depuratum consilio, iuxta disposita in eisdem constitutionibus, tit. *De capitulo generali*, cap. XI, § III, pag. 173, expectare debeant confirmationem officiorum seu superioratum in suis respective monasteriis, vel translationem ad alia, aut absolutionem ab eisdem officiis, prout praefati abbas generalis ac eiusdem consilarii pro conscientia, solumque Deum eiusque gloriam prae oculis habentes, ad praedictae Congregationis maius bonum ac rectius regimen expedire iudicaverint; quod si eorum aliquis absolvendus sit ab officio, vel ad aliud transferendus gubernium, is eidem abbati generali, vel suo respective visitatori provinciali, vel cui aut quibus

dictus abbas generalis vel visitator provincialis mandaverit, suae administrationis rationem reddere teneatur; pariterque abbas generalis ac visitatores provinciales, durante integro sexennio huiusmodi, alter quidem secundo, alter vero quinto eiusdem sexennii anno, visitationes ad normam in praefatis constitutionibus praescriptam explere teneantur.

§ 3. Decernentes quoque, praesentes litteras firmas, etc. ¹; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac eiusdem S. R. E. cardiales, etiam de latere legatos, et alios quoslibet quacumque praeceminentia et potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Clausulae.

§ 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon omnibus et singulis illis quae in litteris praesentis concessimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

§ 7. Ceterum volumus pariter ut earumdem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etc. ²

Sanctio poenalis.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die III aprilis MDCCLXIX, pontificatus nostri anno XIX.

Dat. die 3 aprilis 1719, pontif. anno XIX.

CCLXIII.

Declaratur nullum edictum senatus Taurinensis prohibentis executionem lit-

¹ Reliqua ut pag. 703 a (R. T.).

² Reliqua ut pag. 704 a (R. T.).

terarum ceterarum sine eius Exequatur¹.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Decretum
praedictum quo
prohibetur ex-
ecutio quorun-
cunque literarum
senatus sine
permisso sub
vario poenis.

§ 1. Ad apostolatus nostri notitiam non sine ingenti animi nostri moerore pervenit, sub nomine senatus in civitate Taurinensi residentis, ultra tot tantaque alias Ecclesiae ac Sedi Apostolicae in illis partibus a saeculari potestate illatas iniurias, novissime prodiisse quoddam edictum typis impressum ac nomine secretarii ordinarii eiusdem senatus subscriptum, tenoris qui sequitur, videlicet:

Il senato di S. M. in Torino sedente. — Il desiderio che ha sempre avuto S. M. di mantenere la tranquillità ne' suoi Stati, e di prevenire tutto ciò che potesse turbarla, viene ad eccitar nuovamente la nostra particolare attenzione, perchè, in vista d'un fine sì salutare e in conformità anche delli usi già praticati, non si lasci eseguire alcuna provizione procedente da fuori Stato, sia Bolla, Breve, o altra, senza che prima ci sia presentata, per accertarsi se vi si contenga cosa alcuna contraria o pregiudiziale agli indulti, prerogative e diritti di suoi che della Corona e de' sudditi, ad effetto che quelle di dette provizioni che non saranno ritrovate contrarie o pregiudiziali, come sopra, abbiano la loro pronta e spedita esecuzione, e per le altre all'opposto, si possa prevedere a quanto si conviene, e particolarmente per le procedenti da Roma avvisarne la M. S. per rappresentare a Sua San-

¹ Const. edit. MDCCXV, die 11 Ianuarii, pontif. xv, nullum declaratum fuit haerimentum in Sicilia editum contra executionem decretorum apostolicorum; const. edit. MDCCXVII die 20 Octobris, pontif. xvii, itidem nullum dictum fuit edictum in Sabaudia editum in praeiudicium domini S. Sedis; Benedicti XIII constit. edit. MDCCXXVI, die 14 Februarii, pontif. ii, nulla declarantur gesta a potestate saeculari adversus hospitale magnum S. Bernardi; et const. edit. MDCCXXVI, die 19 Decembris, pontif. vi, nulla declarantur edicta magistratum adversus decretum officii S. Gregorii VII.

tà, e quanto alle altre adoperare i mezzi opportuni. A qual fine, per suo regio viglietto del 13 giugno corrente, ci ha espressamente incaricati di far pubblicare il nostro manifesto, acciò sappia ognuno l'obbligo suo, come anco di servirci de' mezzi della potestà economica e politica in odio de' contraventori, secondo l'esigenza de' casi. In esecuzione di che, si notifica ad ogni persona di qualsivoglia grado e condizione, niuna esclusa nè riservata, che chiunque avrà ottenuto o verrà ad ottenere Bolle, Brevi, rescritti, o altre provizioni procedenti da fuori Stato, non possa nè debba farle eseguire, senza che prima siano state presentate per le cause sovra espresse a questo senato, e dichiaratosi dal medesimo non aver cosa in contrario; il che si farà dal senato con ogni prontezza per tutte quelle di dette provizioni che non saranno contrarie agli indulti, prerogative e diritti della Corona e de' sudditi, o che non si ritroveranno essere state surrettiziamente ottenute; e che in caso contrario, ne darà immediatamente avviso alla M. S., affine di rappresentare come sopra a Sua Santità per le provizioni di Roma, e adoperare quanto alle altre i rimedi opportuni. Ammoniamo a tale effetto ed esortiamo tutti e ciascheduno degli ecclesiastici, ed espressamente inibiamo ai secolari, prefetti, giudici, podestà, notari, segretari, sindici e consiglieri de' luoghi e comunità, ed a chi si sia altro, di non dare nè permettere l'esecuzione di dette provizioni, meno eseguirle, autenticarle o altrimenti prevalersene, salvo che vedano la dichiarazione suddetta di questo senato, quale s'accorderà senza difficoltà, ritardo, nè spesa alcuna sulla presentazione che sarà fatta di dette provizioni da chi le avrà impetrate, o per parte d'esso; dichiarando che in caso contrario si procederà in odio di tutti e ciascheduno i contraventori con li mezzi della potestà economica e politica, o altrimenti, sì e come li casi esigeranno, e che sarà spedito per la tranquillità pubblica e per l'esatta osservanza degli usi predetti. Mandiamo perciò ed espressamente comandiamo a detti giudici, podestà, sindici, consiglieri

e segretari delle comunità di dare avviso di dette contravenzioni, cioè, quanto alla provincia di Torino, al segretario ordinario di questo magistrato, e quanto alle altre ai rispettivi prefetti; quali prefetti incarichiamo di eseguire gli ordini nostri sotto pena della privazione de' loro impieghi, incapacità d'averne altri, e di scudi cento d'oro al fisco di S. M. applicandi, quali pene incorreranno anche li giudici, podestà, segretari e notari; e rispetto ai sindici e consiglieri, quella di scudi cinquanta d'oro, e del carcere per mesi tre, ed eziandio altra maggiore arbitraria secondo i casi rispetto a tutti. Dichiarando la pubblicazione ed affissione di questo da farsi all'albo pretorio di cadauna città, terre e luoghi, valere come se fosse a cadauno personalmente eseguita, e che alla copia stampata dallo stampatore regio se gli debba prestare tanta fede come al proprio originale. Dato in Torino li 20 giugno 1719. Per detto eccellentissimo reale senato, il segretario ordinario del medesimo. *In Torino, stampato nella stamparia regia, 1739.*

Declaratio
nullitatis prae-
iudicium edicti,
cum illius da-
matione.

§ 2. Cum autem nimium evidens sit, nec quisquam inficiari valeat, ex praefato edicto et in eo contentis gravissimum ecclesiae libertati ac pontificiae nostrae auctoritati vulnus infligi, adeoque illa a nobis aequo animo ferri aut dissimulari minime posse: hinc est quod nos, ex commissi nobis divinitus pastoralis muneris debito, Ecclesiae atque huius Sanctae Sedis iura ab eiusmodi scandalosis ausibus, quantum nobis ex alto conceditur, sarta tectaque atque illibata tueri et conservare cupientes, omniumque et singulorum, quae eiusdem edicti, quod non alio quam illud penitus et omnino damnandi et reprobandi animo praesentibus inserendum duximus, seu in eo contentorum occasione quovis modo acta et gesta fuerunt, seriem, causas et circumstantias, etiam aggravantes, aliave quaecumque etiam specificam et individuum

mentionem ac expressionem requirentia, praesentibus pro plene et sufficienter expressis et singillatim specificatis habentes, motu proprio, ac ex certa scientia et matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, edictum praesentibus et quaecumque in eo contenta, cum omnibus et singulis inde secutis et forsitan quodcumque secuturis, penitus et omnino nulla, irrita, invalida, iniusta, reprobata, damnata, inania, temeraria, et a non habentibus potestatem damnabiliter attentata ac de facto praesumpta, nulliusque omnino roboris et momenti vel efficaciae esse et ab initio fuisse ac perpetuo fore, neque illa a quoquam observari posse vel potuisse, adeoque nec ullum statum facere vel fecisse, sed, perinde ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus et non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore praesentium declaramus; et nihilominus, ad maiorem et abundantiorum cautelam, et quatenus opus sit, illa omnia et singula, prout etiam quaecumque alia praemissorum occasione in praeiudicium libertatis et immunitatis et iurisdictionis ecclesiae seu apostolicae auctoritatis quovis modo emanata, edita, acta gesta et perpetrata, cum omnibus pariter inde secutis et quodcumque secuturis, harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, abolemus, viribusque et effectu penitus et omnino vacuumus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis et abolitis, viribusque et effectu penitus et omnino vacuis semper haberi volumus et mandamus.

§ 3. Decernentes, easdem praesentes litteras et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod praedicti, etc.¹.

¹ Reliquae clausulae ut supra pag. 285 b (A.T.).

Clausulae.

Derogatio
contrariorum.

§ 4. Non obstantibus praemissis, ac apostolicis, et in universalibus provincialisque et synodalibus conciliis editis, generalibus vel specialibus, constitutionibus et ordinationibus, et quatenus opus sit, nostrâ et Cancellariae apostolicae regulâ de iure quaesito non tollendo, legibus quoque etiam imperialibus et municipalibus, necnon quibusvis, etiam iuramento, confirmatione apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis praefatis et aliis quibusvis personis, etiam speciali mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus et formis, etc.¹.

Transcriptum
fidei.

§ 5. Cum autem eadem praesentes litterae in supradictâ civitate Taurinensi aliisque locis saeculari potestati earumdem partium subiectis nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum est et nobis notorie constat, prout harum serie deolaramus, volumus illas, seu earum exempla, etc.².

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xviii augusti MDCCXIX, pontificatus nostri anno XIX.

Dat. die 18 augusti 1719, pontif. anno XIX.

CCLXIV.

Revocantur omnia indulta religiosis personis concessa a nuncio apostolico in regnis Lusitaniae et Algarbiorum³.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Et ordinem.

Sacrosancti apostolatus officium, quod inscrutabilis divinae sapientiae atque

¹ Reliqua ut supra pag. 886 a (R. T.).

² Reliqua ut supra pag. 886 b (R. T.).

³ Innocentii XII const. ed. MDCCVII, die 12 Ianuarii, pontif. VI, revocata fuere privilegia a

clementiae altitudo: humilitati nostrae, meritis et viribus longe impari, committere dignata est, salubriter exequi iugi vigilantia satagentes, in eam praecipue curam sollicitis studiis incumbimus, ut christifidelibus, Altissimi obsequiis sub suavi religionis iugo mancipatis, sublatis iis quae regulari eorum observantiae atque disciplinae detrimentum adferre noscuntur, iuxta regularia eorum instituta prospere dirigantur, illisque firmiter insistentes, multiplicibus in dies benedicente Domino proficiant incrementis.

§ 1. Cum itaque, sicut accepimus, in Portugalliae et Algarbiorum regnis, ac eorumdem regnorum insulis in Indiis orientalibus et ultramarinis conquisitis, praedictorum regnorum Portugalliae et Algarbiorum dominio temporali subiectis, nonnulla indulta, privilegia, praerogativae, immunitates et exemptiones diversorum Ordinum religiosorum a dilecto filio nostro et Sedis Apostolicae nuncio in dictis regnis residente concessa reperiantur, per quae iidem religiosi ab eorum praelatorum obedientia eximuntur, nonnullique ex eis etiam iurisdictioni superiorum alterius Ordinis subiiciuntur, ac in conventibus ipsius Ordinis cum titulo tuti accessus collocantur; alii vero religiosi cum litteris patentibus eiusdem nuncii in eorum officiis confirmantur cum deputatione conservatorum, a quibus persaepe litterae monitoriales contra superiorem expediuntur, ad hoc ut praedictis religiosorum super dictis exemptionibus, collocationibus et graduationibus eis concessis molestias minime inferant, ita ut

superioribus religiosorum concessa in Indiis Occidentalibus; et Benedicti XIII const. ed. MDCCXXVII, die 10 Ianuarii, pontif. III, revocantur privilegia personalia fratribus S. Iohannis Dei concessa in provincia Ulysiponensi.

Referuntur
variae species
praedictorum
indultorum et
malâ ex eorum
concessione or-
ta.

in visitationibus debita obedientia a memoratis religiosorum exigi nequeat; praeterea conventionalitates perpetuae in conventibus et licentiae degendi extra claustra conceduntur, quarum vigore superioribus regularibus sub excommunicationis poenâ inhibetur, ne a conventibus religiosi ibidem assignati amoveantur et ad claustra redigantur; ac demum eiusmodi religiosi indulta ferendi votum sive suffragium in capitulis provincialibus, etiamsi ipsi requisitis ad id per constitutiones Ordinum huiusmodi auctoritate apostolicâ confirmatas praescriptis praediti minime sint, impertiuntur; ex hoc autem gravissima inconvenientia et scandala in non modicum regularis observantiae et disciplinae detrimentum exoriantur:

Revocatio praefatorum indultorum cum prohibitione nuncio apostolico facta in posterum illa non concedendi.

§ 2. Nos, praemissis, quantum cum Domino possumus, occurrere volentes, motu proprio, et ex certâ scientiâ et maturâ deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, omnia et singula ac quaecumque huiusmodi privilegia, praerogativas, immunitates et exemptiones quoruncumque Ordinum, congregationum ac institutorum religiosorum per memoratum in dictis regnis nuncium ex quacumque causâ ac sub quibuscumque verborum formis et expressionibus quomodolibet concessa, tenore praesentium revocamus, cassamus annullamus, abrogamus et abolemus, illaque revocata, cassata, abrogata et abolita, viribusque et effectu vacua fore neminique ullatenus suffragari decernimus; ac eidem nuncio harum serie praecipimus ut de cetero a concessione similium indultorum omnino absteat; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, iudicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quo-

quam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 3. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Ordinum, congregationum et institutorum huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis, eisdem religiosorum, sub quibuscumque verborum tenoribus, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, necnon irritantibus et aliis decretis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis specialis, specifica, expressa et individua mentio habenda esset, illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliâs in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice duntaxat, specialiter et expresse derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariorum
derogatio.

§ 4. Volumus autem ut praesentium transumptis, etiam impressis, etc.¹.

Fides transcriptorum.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xviii septembris MDCCXIX, pontificatus nostri anno XIX.

Dat. die 18 septembris 1719, pontif. anno XIX.

CCLXV.

Confirmatur constitutio Gregorii XIII de transitu patrum Societatis Iesu post emissionem votorum ad alios religiosos Ordines².

¹ Reliqua ut pag. 704 a (R. T.).

² Laudata constitutio infra citatur, in eâque citantur constitut. Pauli III ed. MDLXIX, die 18 octobris, pontif. XV; et Pii IV ed. MDLXV, die

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Exordium. Sacri apostolatus ministerio per abundantiam divinae gratiae, licet nullis nobis suffragantibus meritis, praesidentes, ex iniuncti nobis muneris debito religionum Ordinum quorumcumque in Ecclesia Dei militantium prosperum statum felicemque directionem summis desiderantes affectibus, eis propterea, quae praesertim a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris provide sancita et ordinata comperimus, ut firma et illibata persistent exactiusque observentur, apostolicae nostrae confirmationis robor libenter adiicimus, eiusdemque muneris partes perpensis studiis impertimur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Epitome constitutionis Gregorii XIII.
§ 1. Exponi siquidem nobis fecit dilectus filius Michaëlangelus Tamburinus praepositus generalis Societatis Iesu, quod aliis felicis recordationis Gregorius Papa XIII praedecessor noster, ut, tam Indiis Orientalibus et Occidentalibus, quam omnibus et singulis aliis regionibus extra Europam, nemo sive ex clericis regularibus eiusdem Societatis, sive professus, sive scholaris, sive coadiutor, post emissa in dicta Societate vota etiam simplicia, sub excommunicationis aliisque censuris et poenis, ad quempiam alium Ordinem, nisi de expressa Romani Pontificis vel praepositi generalis praedictae Societatis licentia, etiam perfectioris et melioris vitae praetextu seu contemplatione, transire auderet seu praesumeret, decrevit et ordinavit per suas litteras sub plumbo

26 novembris, pontif. vi, de eadem re agentes. In Benedicti XIII const. ed. MDCCXVIII, die 14 iunii, pontif. v, agitur de eiectione presbyteris a praeposito generali dictae Societatis.

1 Forsan desideramus, vel postea eis pro eisque legendum (R. T.).

anno Incarnationis dominicae MDLXXIX nono kalendas octobris expeditas, tenoris sequentia, videlicet:

§ 2. Gregorius episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem, etc.¹

Consultatio praedicta Gregorii XIII.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae MDLXXIX, nono kalendas novembris, pontificatus nostri anno VIII.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, praemissis nequaquam obstantibus, aliquis ex dicta Societate nuper in eisdem Indiis praesertarum litterarum observantiam, necnon censuras et poenas in eis contentas, eludere ac contemnere praesumpserit, ab ipsis cum insubsistentibus praetextibus falsisque interpretationibus appellando, asserens quod litteris praesertis per non usum derogatum fuerit, nulliusque valoris et efficaciae existant, quippe quae nec in iure communi, nec in Bullario, minusque in praedictae Societatis Instituto inserta reperiantur; et, in casum quo validae essent, ius commune in capit. *Licet de regularibus*, ubi ad alium Ordinem zelo strictioris observantiae transeundi facultas tribuitur, praevallere deberet; quodque, cum ille quatuor votorum professus non sit, in dictis censuris minime comprehendatur; necnon ulterius eiusmodi praesertae litterae alteri privilegio admittendi religiosos etiam professos aliorum Ordinum diverso Ordini concessio derogare nequeant; ac tandem per eas legitimae appellationes et in casu denegatae iustitiae non prohibeantur, sed manifesto frivola dumtaxat admitti nequaquam possint: ideoque dictus Michaëlangelus praepositus generalis (considerans simile exemplum maximum eidem Societati praeiudicium in iisdem Indiis afferre

In Indiis novo auro relatae constitutiones falsis interpretationibus corrumuntur.

posse in eventum in quem alii dictis praetextibus et subterfugis uti vellent ad hoc ut a regulari obedientia et a censuris praedictis sese eximant) praesertas Gregorii praedecessoris litteras, pro firmiori illarum subsistentia ac inviolabili observantia, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret: nobis propterea humiliter supplicari fecit ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Confirmatio praesertae constitutionis Gregorii XIII.

§ 3. Nos igitur, similes praetextus, effugia, falsasque interpretationes, quae ad eludendam earundem litterarum observantiam obtenderentur, de medio submovere, ipsumque Michaëlemangelum praepositum generalem specialibus favoribus et gratis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesertiarum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui supra narrata mature perpenderunt, consilio, praesertas Gregorii praedecessoris litteras, cum omnibus et singulis in eis contentis, auctoritate apostolica, tenore praesertiarum, confirmamus et approbamus, illisque inviolabiliter robor adiicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem cardinalium.

Clausula.

§ 4. Decernentes, easdem praesertas ac praesertas litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et

obtinere, ac ab illis, ad quos spectat et pro tempore quocumque spectabit, in omnibus et per omnia inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, iudicari et definiti debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§ 5. Non obstantibus omnibus et singulis illis, quae in litteris praesertis concessa sunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transmissorum.

§ 6. Volumus autem ut earundem praesertiarum litterarum transumptia, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici sive secretarii dictae Societatis subscriptis, et sigillo praepositi generalis eiusdem Societatis, vel alterius personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesertis si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 1 decembris MDCCXIX, pontificatus nostri anno XX.

Dat. die 1 decembris 1719, pontif. anno XX.

CCLXVI.

Confirmatur decretum capituli generalis Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum Congregationis Hispaniae de mutatione vestis fratrum donatorum¹.

1 In Innocentii XII const. ed. MDCXCII, die 1 martii, pontif. 1, extat moderatio constitutionis de nonnullis ad habitum non recipiendis; et huius Pontificis const. ed. MDCCXI, die 2 martii, pontif. XX, agitur de tempore officii commissariorum generalium.

1 Bullam hanc habes in tom. VIII, p. 302 (R. T.).

2 Male edit. Main. omittit nono (R. T.).

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Decretum
praedictam de
mutatione vestis
ex facta in ni-
gram, ac eius
confirmationis
causae referun-
tur.

§ 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius modernus procurator generalis in Romana Curia Congregationis Hispaniae Ordinis fratrum SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupatorum novissimi capituli generalis nomine, quod alias in dicto capitulo generali iuxta praescriptum primitivae regulae dicti Ordinis sabbato ante quartam dominicam post Pascha labentis anni celebrato, inter alia salubriter statuta pro bono regimine eiusdem Congregationis, decretum fuit quod fratres oblato seu donati, qui absque ulla professione et voto in vita regulari exercentur et ad statum laicorum disponuntur, deposita exteriori veste et habitu fusci coloris, quo hucusque usi sunt, imposteriorum alba veste ad instar aliorum fratrum eiusdem Congregationis, servata in reliquis antea habitus donatorum forma, quae etiam mutato colore sufficienter praedictos donatos a laicis distinguit, utantur, et alias, prout in dicto decreto, quod praesentibus pro plene et sufficienter expresso et inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Confirmatio re-
cessit decreti.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, decretum capitulare praedictum ad servandam intra eundem Ordinem maiorem habitus uniformitatem, et ad reddendos praedictos donatos magis commodos et ad aliqua ministeria idoneos quae propter diversum habitus colorem non satis decenter exhibere valent, tendant¹, per eiusmodi vero coloris mutationem non solum nihil constitutionibus praedicti Ordinis a Sede Apostolica confirmatis derogeretur, verum etiam eisdem maxime consulatur, cum cap. vi earundem constitutionum indiscriminatum praecipitur quod exterior vestis

¹ Potius lege tendat (R. T.).

seu habitus fratrum praedictorum sit ex sago albo; nec pro donatis exceptio ulla in cap. XLII praedictarum constitutionum, § 4, ubi de praedictis donatis agitur, habeatur; ac proinde memoratus procurator generalis decretum huiusmodi, quo firmiter subsistat et servetur exactius, apostolicae confirmationis nostrae robore communiri plurimum desideret: nos, eundem procuratorem generalem ac vocales dicti capituli generalis specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis e consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui relationem praedicti procuratoris generalis, ac insuper informationem dilecti filii nostri Aloysii Prioli eiusdem S. R. E. cardinalis S. Marci nuncupati, dicti Ordinis apud nos et Sedem Apostolicam protectoris, super praemissis factam, viderunt et examinaverunt, consilio, decretum a praedicto capitulo generali editum, ut praefertur, auctoritate apostolica, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem cardinalium.

§ 3. Decernentes, etc.¹.

¹ Ut supra pag. 703 a (R. T.).

Clausulae.

Contrarium
derogatio.

§ 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit Congregationis et Ordinis huiusmodi, aliisque quibusvis, etiam iuramento, etc.¹.

Files trans-
scriptorum.

§ 5. Volumus autem, ut earundem praesentium litterarum transumptis, etc.²

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die vi decembris, MDCCXIX, pontificatus nostri anno XI.

Dat. die 6 decembris 1719, pontif. anno XI.

CLXXVII.

Declarantur nulla acta ab officiali archiepiscopo Ebredunensi super validitate censurarum a vicario ecclesiae Niciensis latorum in ministros senatus immunitatis ecclesiasticae violatores³.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Species facti.

§ 1. Non sine ingenti animi nostri moerore novissime accepimus, quod (cum alias, nempe die VII novembris MDCCXVIII, dilectus filius canonicus Ioannes Maria Raimberti, vicarius capitularis ecclesiae Niciensis, illius sede episcopali vacante, legitime deputatus, aliquos officiales et ministros senatus Niciensis, qui presbyterum Petrum Caietanum Albanelli ex ecclesia fratrum eremitarum Ordinis sancti Augustini eiusdem civitatis, ad quam confugerat, nullam prorsus tam loci sacri quam personae ipsius Petri Caietani, utpote presbyteri, adeoque laicali pote-

¹ Ut supra 703 a (R. T.).

² Ut pag. 704 a (R. T.).

³ Const. ed. MDCCXI, die 15 martii, pontif. XI, confirmatae fuere censurae latae a commissario generali in Sinis; et Benedicti XIII const. ed. MDCCXXV, die 21 februarii pontif. I, declaratur nulla electio archiepiscopi Ultraiectini.

stati minime subiecti, habita ratione, publice ac per vim extrahere, et in carceres ipsiusmet senatus, in quibus de praesenti adhuc detinetur, conicere per sacrilegum ac detestabile factus ausi fuerant, ecclesiasticis censuris per notissimas canonicas sanctiones ac pontificias constitutiones adversus similia perpetrantes inflictis innodatos declarasset, ac palam denunciasset) officialis venerabilis fratris archiepiscopi Ebredunensis, ad quem tanquam metropolitanum memorati officiales et ministri a censuris sic contra eos publicatis appellationem interposuerant, tametsi eiusmodi negotio, quod ad curiam metropolitanam Ebredunensem minime pertinebat, nullatenus se ingerere debuisset, nihilominus, sibi omnino incompetentem auctoritatem assumens, non modo appellationem admittere, ipsique vicario capitulari, ne quidquam in praeiudicium eiusdem appellationis sub comminatione poenarum de iure (ut erronee assererat) indictarum faceret, inhibere, verum eosdem quoque officiales et ministros a praenarratis censuris ad cautelam absolvere temere ac nulliter praesumpsit; ac (licet postmodum praefatus vicarius capitularis adversus praemissa ab eodem officiali perperam gesta protestationem emisisset, eamque ipsi officiali legitime intimari fecisset, in qua potissimas rationes recensuerat ob quas eiusmodi appellationi, inhibitioni et absolutioni ad cautelam a dicto officiali concessis et decretis deferre minime poterat, nec vicissim eidem officiali de viribus memoratarum censurarum, neque de alia causa, num videlicet praedicto Petro Caietano ecclesiasticae immunitatis beneficium suffragaretur, nec ne, citra insanabilis omnium quae egisset nullitatis vitium ob necessariae iurisdictionis, qua dictus officialis hac in

re destitutus reperiebatur, defectum, cognoscere licebat), his tamen minime attentis, idem officialis die viii novembris proxime praeteriti sententiam protulit, per quam promulgationem censurarum adversus memoratos officiales et ministros senatus Niciensis uti publicos ac notorios immunitatis et libertatis ecclesiasticae violatores, a praedicto vicario capitulari sicut praemittitur factam, pari temeritate nullam, iniustam et praecipitem declaravit, ipsique vicario capitulari et aliis quibuscumque inhibuit ne dictos officiales et ministros ratione earundem censurarum quoquo modo molestarent aut perturbarent: et alias, prout in praefata sententiâ, quam non quidem approbandi, sed penitus et omnino reprobandi animo, praesentibus pro plene et sufficienter expressâ ac de verbo ad verbum inserta haberi volumus, uberius continetur.

Cumque in sequenti declaratione.

§ 2. Cum autem satis exploratum sit, nec quisquam inficiari valeat, nullum iudicem, quacumque tandem potestate et auctoritate suffultum, quoties de censuris ecclesiasticis ex causâ laesae seu violatae immunitatis et libertatis ecclesiasticae latis seu declaratis agi contingit, in illarum validitatis seu invaliditatis, iustitiae vel iniustitiae cognitionem (quae non nisi Romano Pontifici pro tempore existenti vel Congregationi venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium immunitati ecclesiasticae et controversiis iurisdictionalibus praeposita ad id ab hac Sanctâ Sede specialiter delegatae reservata est) se ingerere posse; quinimo nemini alteri absolutionem ab huiusmodi censuris, etiam ad cautelam ac cum reincidentia et ad effectum agendi dumtaxat, concedere fas esse; adeoque praemissa per dictum officialem attentata, ultra manifestam eorum nullitatem, pontificiae nostrae auctoritati

gravissimum praesudicium intulerit, et adhuc inferant, ac propterea in plurimorum perniciem et scandalum tendant, animasque pretioso salvatoris et domini nostri Iesu Christi sanguine redemptas in maxima pericula et errores conicere ac deplorandis malis involvere valeant: hinc est quod nos, ex debito sacrosancti apostolatus officii quod humilitati nostrae commisit divina dignatio, nostram et huius Sanctae Sedis dignitatem, auctoritatem et iurisdictionem a temerariis et perniciosis huiusmodi conatibus sartam tectamque atque illibatam tueri et conservare, necnon animarum periculis, quantum nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, omniumque et singulorum, quae in praemissis seu eorum occasione quovis modo decreta, ordinata, acta et gesta fuerunt, seriem, causas et circumstantias, etiam aggravantes, aliaque quaecumque etiam specificam et individua mentionem et expressionem requirentia, praesentibus pariter pro plene et sufficienter expressis et singillatim specificatis habentes, motu proprio, ac ex certâ scientiâ et maturâ deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praenarratam sententiam, et quaecumque in eâ contenta, aliaque omnia eâ occasione per eundem officialem Ebredunensem acta, gesta et ordinata, cum omnibus et singulis inde secutis et forsitan quodcumque secuturis, penitus et omnino nulla, irrita, invalida, inania, et a non habente potestatem temere attentata, ac de facto praesumpta, nulliusque omnino roboris et momenti vel efficaciae esse et ab initio fuisse ac perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri, imo nec illa a quoquam observari posse vel potuisse, adeoque nullum statum facere vel fecisse; sed, perinde ac si nunquam emanassent nec acta

Declaratio ut in rubricâ.

fuisse, pro non extantibus et non factis perpetuo idem haberi debere, tenore praesentium declaramus. Et nihilominus, ad maiorem et abundantioram cautelam, et quatenus opus sit, illa omnia et singula, et si quae insuper praemissorum occasione seu in eorum sequelam per officialem praedictum aut alias per curiam metropolitanam Ebredunensem hac in re de cetero agi, geri et ordinari quomodolibet contigerit, harum serie revocamus, cassamus, irritamus, annullamus et abolemus, viribusque et effectu penitus et omnino vacuumus, ac pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis et abolitis, viribusque et effectu penitus et omnino vacuis haberi volumus et mandamus.

Mandatum vitandi dictos ministros tamquam excommunicatos, donec a S. Sede aliter declaratum fuerit.

§ 3. Praeterea, tametsi perspecta clericali Niciensis pietas ac religio spem nobis ingerat fore ut memoratae sententiae aliorumque per praedictum officialem Ebredunensem gestorum nullam hactenus, ut par erat, rationem habuerint¹, imo nec de praesenti habeant, eisque minime attentis, a qualibet consuetudine et commercio cum praedictis officialibus ministris tamquam vere excommunicatis et omnino vitandis penitus ultro abstinuerint et abstineant; nihilominus, motu, scientiâ, deliberatione et potestatis plenitudine paribus, eosdem officiales et ministros tamquam veros excommunicatos vitandos ab omnibus utriusque sexus christifidelibus habendos esse, donec et quousque absolute beneficium christianâ humilitate petierint et a nobis ac Sede Apostolicâ vel praedictâ Congregatione cardinalium impetrare meruerint, vel, quatenus censurae adversus eos promulgatae nullae aut iniustae praetendantur, eas uti tales a nobis itidem et Sede praefatâ vel memoratâ Congregatione cardinalium de-

¹ Edit. Main. legit *habuerit* (R. T.).

clarari obtinuerint, cum ante huiusmodi declarationem pro validis ac iustis ab omnibus haberi ac reputari debeant, earundem tenore praesentium decernimus similiter et declaramus. Quocirca universis presbyteris et clericis, tam saecularibus, cuiuscumque gradus, praeseminentiae et dignitatis fuerint, quam cuiusvis Ordinis, congregationis, instituti et societatis, etiam Iesu, regularibus, in divinis ministrantibus, harum serie districte praecipimus et mandamus, ut, quatenus praedicti officiales et ministri ad eorum ecclesias ac oratoria accedere, ibique divinis officiis aliisve sacris functionibus interesse praesumerent, cum eis ita se gerant, quemadmodum ex sacrorum canonum praescripto cum¹ excommunicatis publice denunciatis agendum esse probe norunt, sub poenis ab ipsis sacris canonibus in eos qui secus fecerint constitutis.

§ 4. Decernentes pariter, easdem praesentes litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod officialis seu archiepiscopus Ebredunensis, nec non officiales et ministri senatus Niciensis supradicti, et alii quicumque in praemissis interesse habentes seu habere quomodolibet praetendentes, cuiusvis status, gradus, ordinis, praeseminentiae, dignitatis existant, seu alias specificâ et individua mentione et expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati et auditi, causaeque, propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae et iustificatae non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis iuridicâ et privilegiatâ causâ, colore, praetextu et capite, etiam in corpore iuris clauso, etiam enormis, enormissimae et totalis laesionis, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nulli-

Clausulae.

¹ Particula *cum* nos addimus (R. T.).

tatis vitio, seu intentionis nostrae vel interesse habentiam consensus, aliive quolibet etiam quantumvis magno et substantiali ac inexcogitato et inexcogitabili individuumque expressionem requirente defecto notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos iuris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque iuris, facti vel gratiae remedium intentari vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia et potestatis plenitudine paribus concessio vel emanato, quempiam in iudicio vel extra illud uti seu se iuvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes litteras semper firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat et pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter et inconvulso observari, sicque et non aliter in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac dictae S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos et praefatae Sedis nuncios, aliosque quoslibet quacumque praesentia et potestate fungentes et functionarios, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et defini debere; ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Contrarium derogatio.

§ 4. Non obstantibus praemissis, ac, quatenus opus sit, nostram et Cancellariae Apostolicae regulam de iure quaesito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus provincialibusque et synodalibus conciliis editis, generalibus vel specialibus, constitutionibus et ordinationibus, necnon metropolitanae ecclesiae

Elredunensis, et quorumcumque Ordinum, congregationum, institutorum et societatum, etiam Iesu, aliisque quibusvis, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus ac praescriptionibus, quantumcumque longissimis et immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis, Ordinibus, congregationibus, institutis et societatibus, etiam Iesu, praedictis, ac quibusvis personis, etiam quacumque ecclesiastica vel mundana dignitate fulgentibus et quomodolibet qualificatis, sub quibuscumque verborum tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis, in genere vel in specie, etiam consistorialiter concessis, ac pluries et quantumcumque vicibus confirmatis, approbatis et innovatis; quibus omnibus et singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata, exprimerentur et insererentur, praesentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes, illis, aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, et derogatum esse volumus; ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 5. Volumus autem ut ipsarum litterarum transumptis, seu exemplis, etc. ^{Fides transumptorum.}

Datum Romae, apud S. Mariam Ma-
1 Reliqua ut supra pag. 704 a (R. T.).

iozem sub annulo Piscatoris, die v. ianuarii MDCXX, pontificatus nostri anno XX.

Dat. die 5 ianuarii 1720, pontif. anno XX.

CCLXVIII.

Aboletur alternativa in provinciâ Portugalliae Ordinis fratrum Carmelitarum.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Prædicta alternativa auctoritate apostolica instituta fuit a nuncio et a capitulo provinciali MDCX.

§ 1. Alias, pro parte clarae memoriae Petri II, dum vixit, Portugalliae et Algarbiorum regis illustris, felicitis recordationis Innocentio Papae XII praedecessori nostro exposito, quod provincia Portugalliae Ordinis fratrum beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, quo perturbationes et detrimenta regularis observantiae, quae ex factionibus et dominandi cupiditate inter religiosos hinc inde ex affectu nationali inter se pugnantes non sine gravi christifidelium scandalo oriri solebant, e medio tollerentur, apostolicum paternae providentiae suum subsidium exposcebat; nulum vero efficacius et opportunius ad huiusmodi dissidiorum occasiones avertendas remedium apparebat, quam perpetuam quamdam alternativam circa electiones officiorum omnium dictae provinciae inducere; idque religiosae tranquillitati eiusdem provinciae conducibile fore, etiam tunc existentes prior generalis et consilium dicti Ordinis existimabant: et propterea ipsius Petri nomine eidem Innocentio praedecessori humiliter supplicato ut in praemissis

1 Instituta fuerat huiusmodi alternativa ab Innocentio XII const. ed. MDCXCIX, die 21 ianuarii, pontif. VIII; et Innocentii XIII const. ed. MDCCLXIII, die 14 iulii, pontif. III, agitur de magistris ad doctoratum promovendis.

opportune providere de benignitate apostolica dignaretur: ipse Innocentius praedecessor, piis eiusdem Patri regis votis ea in re annuere ac memoratae provinciae Portugalliae quieti salubriter providere cupiens, eiusmodi supplicationibus inclinatus, dilecto filio nostro Michaëliangelo S. R. E. cardinali de Comitibus nuncupato, tunc in eisdem Portugalliae et Algarbiorum regnis suo et Apostolicae Sedis nuncio, dedit in mandatis, ut, constituto sibi de narratis, ac vocatis qui fuissent evocandi, circa alternativam praedictam auctoritate apostolica id gereret, statueret atque decerneret, quod sibi pro eiusdem provinciae Portugalliae quiete restituenda, necnon regulari disciplina in ea conservanda, et sicubi collapsa esset reparanda, magis in Domino expedire visum fuisset; eique ad huiusmodi effectum quamcumque necessariam et opportunam ad id facultatem eadem auctoritate tribuit et impartitus fuit: et alias, prout in ipsius Innocentii praedecessoris litteris die XXI ianuarii MDCXCIX in simili forma Brevis desuper expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene et sufficienter expresso ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Quae quidem alternativa officiorum a praedicto Michaëleangelo cardinali, tunc nuncio, prudentissime ordinata atque praefixa, et respective cum distinctione duarum filiationum, nempe in Ulyssiponensi et Colariensi conventibus, sic in posterum nominandarum, designata et perfecta in pleno capitulo provinciali die XVIII septembris MDCXII celebrato, constitutis et auditis procuratoribus, acceptata et registrata fuit.

§ 2. Cum autem, sicut dilecti filii moderni prior provincialis, definitores, in sacra theologiae magistri, ceterique vo-

Causae abolendi praefatam alternativam, et praesentium provincialium.

cales dictae provinciae Portugalliae nobis nuper exponi fecerunt, ex huiusmodi alternativae remedio, quod tempore suae ordinationis congruum et utile pro bono pacis iudicatum fuit, subinde tractu temporis maiora prioribus mala, experientia docente, nempe iurgia, contentiones, rixae ac lites non modicae irrepserint; ideoque in ultimo capitulo provinciali die VIII maii MDCCXVIII congregato coram cunctis gremialibus et vocalibus utriusque filiationis conclusum fuerit praedictam alternativam penitus aboleri debere: nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Abolito re-
censurae alter-
nativae.

§ 3. Nos igitur, ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, de venerabilium fratrum nostrorum eiusdem S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui negotium pro examine atque discussione nobis remissum mature de more perpenderunt atque relationem dilecti filii moderni prioris generalis dicti Ordinis actaque capitularia viderunt, consilio, alternativam, de qua agitur, auctoritate apostolica, tenore praesentium, abolemus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem cardinalium.

Clemens XI.

§ 4. Decernentes, easdem praesentes litteras semper firmas, etc. ¹.

¹ Reliqua ut pag. 703 a (R. T.).

§ 5. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon praedictorum Ordinis et provinciae, etiam iuramento, etc. ¹.

Contrarium
derogatio.

§ 6. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis, etc. ².

Transumptio-
rum files.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XIII ianuarii MDCCXX, pontificatus nostri anno XX.

Dat. die 13 ianuarii 1720, pontif. anno XX.

CCLXIX.

Conceditur commissariis generalibus Congregationis Hispaniae Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum ut persistant in eorum officiis, etiamsi ante capitulum vacaret officium ministri generalis ³.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Alexander a Conceptione minister generalis fratrum Congregationis Hispaniae Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupatorum, quod, cum ipse et pro tempore existens minister generalis, pro bono opportuniore regimine Congregationis, per varias et ad invicem distantes Europae provincias feliciter, favente Deo, dilatatae et stabilitae, ad evitanda inconvenientia quae ex difficili ad eum recursu passim resultare possent, diversos commissarios generales, qui ipsius nomine, ad normam facultatis ab eo illis

Referuntur in-
stituto praedi-
cta commissari-
orum et cau-
sas insequentis
concessionis.

¹ Reliqua ut pag. 703 a (R. T.).

² Reliqua ut pag. 704 a (R. T.).

³ Constit. edit. MDCCXIX, die 6 decembris, pontif. XX, extat decretum de veste donatorum; et Benedicti XIII constit. edit. MDCCXVII, die XXI augusti, pontif. IV, confirmantur quaedam capitula pro bono regimine provinciarum.

commissariae, remotarum provinciarum gubernio incumbant, deputare soleat; commissariorum vero generalium huiusmodi facultas, utpote delegata, eiusdem ministri generalis morte, renunciatione et cessatione, aut depositione secuta, de iure etiam expirare debeat, unde accidere potest, quod, priusquam praemissa ad eorumdem commissariorum generalium notitiam perveniant, nulliter, licet bona fide, iurisdictionem sibi commissam exerceant: idem Alexander minister generalis, ut facultas, semel a pro tempore existente ministro generali praedictis commissariis generalibus delegata, minime in posterum, in casu mortis, renunciationis aut depositionis ipsius ministri generalis delegantis, expirare intelligatur, sed potius duret ac vigeat, quousque renovata non fuerit per novum electum ministrum generalem, per nos statui ac decerni, et alias opportune in praemissis provideri plurimum desiderat. Nobis propterea, tam suo quam definitorii generalis eiusdem Congregationis nomine, humiliter supplicari fecit ut in praemissis opportune et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio
praedicta pro
spatio quatuor
mensium. Cap-
tum ab electio-
ne ministri
generalis.

§ 2. Nos igitur, memoratos Alexandrum ministrum generalem et definitorium specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et re-

gularium, qui relationes bonae memoriae Aloysii Priuli eiusdem S. R. E. cardinalis S. Marci nuncupati, dum vixit, dicti Ordinis apud nos et Sedem Apostolicam protectoris et dilecti filii moderni procuratoris generalis eiusdem Congregationis super eisdem praemissis factas attenderunt, consilio, ut praedicti commissarii generales, a praedicto ministro generali pro gubernio remotarum provinciarum delegati, perdurent et persistant in eorum officiis per quatuor menses tantum post electionem novi ministri generalis, sive per mortem, remotionem et depositionem, sive per cessationem utcumque generalatus, ministri generalis delegantis, quem tamen novum ministrum generalem electum intra dictum tempus quatuor mensium certiorient, ut idem minister generalis providere valeat, prout sibi in Domino videbitur, auctoritate apostolica, tenore praesentium, concedimus et indulgemus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem cardinalium.

Clemens XI.

§ 3. Decernentes, easdem praesentes litteras firmas, etc. ¹.

Contrarium
derogatio.

§ 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon quatenus opus sit dictae Congregationis aliisve quibusvis, etiam iuramento, etc. ².

§ 5. Volumus autem ut earumdem praesentium litterarum transumptis, etc. ¹.

Files trans-
umptorum.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XXI martii MDCCXX, pontificatus nostri anno XX.

Dat. die 21 martii 1720, pontif. anno XX.

¹ Ut supra pag. 703 a (R. T.).

² Ut ibid. (R. T.).

¹ Ut supra pag. 704 a (R. T.).

CCLXX.

Confirmatur decretum Congregationis episcoporum et regularium de ratione faciendae electionis officialium in provincia S. Nicolai fratrum Minorum de Observantia Reformatorum.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Decretum praedictum decernens executionem voti cardinalis poenitentis de quadam specie alternativae inter Lycienses et Barenses.

§ 1. Emanavit nuper a Congregatione venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praeposita, in causâ praetensae alternativae provinciae S. Nicolai Ordinis Minorum sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum inter fratres Lycienses ex unâ et Barenses ex alterâ partibus vertente, decretum tenoris sequentis, videlicet:

In causâ praetensae alternativae provinciae S. Nicolai Ordinis Minorum Observantium vertente inter patres Lycienses et Barenses, sacra Congregatio eminentissimorum et reverendissimorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praeposita, viso memoriali porrecto a P. V. commissario generali Ordinis, referenda eminentissimo Corsino, rescripsit: Pro executione voti poenitentis, et amplius, tenoris sequentis, videlicet: « Attese le continue discordie e controversie che hanno sempre tenuta agitata la provincia Osservante di S. Nicolò, benchè la sacra Congregazione a dì xvi dicembre mdcxcii alli due dubbi proposti, uno sopra la divisione della provincia e l'altro sopra l'alternativa tra li padri Baresi e Leccesi circa il provincialato, gradi del definitorio, guardianati e recezioni de' novizi, risponderesse *negative ad utrumque*: ad ogni modo ordinò, che in detta provincia si dovesse inviolabilmente osservare una

1 De alternativa in hac provincia vide Innocentii XII constit. edit. mdcxcii, die 17 maii, pontif. I; et Innocentii XIII constit. edit. mdcxcxi, die 18 iunii, pontif. I, confirmatur alternativa in provincia S. Antonii in Lusitania.

sincera e dispassionata giustizia distributiva, con ammettere in ciascun capitolo provinciale due soggetti abili del ristretto di Lecce e Terra di Otranto nel definitorio di detta provincia. Con questo però, che se agli elettori piacerà eleggere per provinciale un Leccese, non potranno deputare il custode nel medesimo ristretto, ma il provinciale ed un definitore; e quando vorranno eleggere il provinciale Barese, dovranno deputare il custode e non un definitore Leccese; restando però sempre in arbitrio di detti vocali d'eleggere il provinciale di quella partita, nella quale stimeranno essere soggetto più degno e di maggior abilità. Ed inoltre, atteso che nelli detti ristretti di Lecce e Terra d'Otranto vi sono dodici conventi, dovranno in avvenire in ciascun capitolo provinciale e congregazione intermedia li patri del definitorio eleggere dodici soggetti nativi del detto ristretto di Lecce e Terra d'Otranto abili e sufficienti al governo per guardiani; acciocchè in tal maniera godano le cariche corrispondenti al numero de' religiosi e conventi del loro ristretto ». Cumque suprascriptum votum, sive modus debitae executioni demandetur: ideo praesentibus iniungitur P. V. commissario generali, quatenus poenis et remediis sibi a sacris canonibus subministrandis vocales praefatae provinciae ad illius observationem cogat atque compellat. — Romae, xxix februarii mdcxcx. — I. D. cardinalis PARACCIANUS. — V. archiepiscopus Damascenus, secretarius.

§ 2. Cum autem, sicut dictus vicecommissarius generalis dicti Ordinis nobis subinde exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, quo firmiter subsistat et servetur exactius, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summo perere desideret: nos, ipsius vicecommissarii generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine,

Confirmatio relati decreti.

quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censes, supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum praesentium, auctoritate apostolica, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robor adiiicimus: salvâ tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis cardinalium.

§ 3. Decernentes, easdem praesentes litteras, firmas, etc. 1.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit, provinciae et Ordinis praedictorum, etiam iuramento, etc. 2.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die III aprilis mdcxcx, pontificatus nostri anno xx.

Dat. die 3 aprilis 1790, pontif. anno xx.

CCLXXI.

Eriguntur in provincias binae vicariae Bahiae ac fluvii Ianuarii in Brasiliâ Ordinis fratrum Carmelitarum antiquae Observantiae.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium: Sacrosanctum apostolatus ministerium humilitati nostrae nullo licet meritorum nostrorum suffragio per ineffabilem divinae sapientiae providentiam commissum postulat, ut, inter multiplices apo-

1 Ut supra pag. 703 a (R. T.).

2 Ut ibid. (R. T.).

3 Const. ed. mdcxc, die 28 augusti, pontif. x, concessa fuit Disalceatis Italis facultas fundandi hospitium Ulyssoponense; et Innocentii XIII const. ed. mdcxcxi, die 23 decembris, pontif. III, agitur de promovendis ad lauream doctoratus in praedictis provinciis.

Bull. Rom. — Vol. XXI.

105

stolicae servitutis curas, illam peculiari studio complectamur, per quam personae sub suavi religionis iugo divini Numinis obsequiis insistentes felicioribus in dies proficiant incrementis.

§ 1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii vicarii provinciales et definitores actuales, alique religiosi definitorii, tam proprio quam reliquorum fratrum vicariarum, unius scilicet Bahiae et Pernambuco, alterius vero fluvii Ianuarii respective nuncupatarum, Ordinis B. M. Virginis de Monte Carmelo antiquae Observantiae etiam nuncupati, in Brasiliâ, nomine, quod alias, nempe anno mdcxxxv praedictae vicariae a quondam Angelo Monsignano, dum vixit, dicti Ordinis priore generali divisae, et anno mdcxxxvi auctoritate apostolicae respective erectae fuerunt, ac postmodum eodem anno mdcxxxvi pro eis certa particularis regiminis forma, quae ab altero priore generali praedicti Angeli successore, stabilita, et eadem auctoritate apostolica anno mdcxxxvii confirmata reperitur, stabilita fuit, prout in litteris apostolicis in simili formâ Brevis desuper expeditis, quas praesentibus pro insertis¹ haberi volumus, uberius continetur.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, praefatae vicariae, sic erectae et institutae ac divisae, congruo numero religiosorum et conventuum, ad effectum illas erigendi in duas separatas provincias, refertae sint, in primodictâ quidem Bahiae et Pernambuco septem conventus, comprehensis reformatis, alias in litteris supradictis divisionis expressis, ultra hospitia et domos missionum, in secundodictâ vero vicariâ, videlicet fluvii Ianuarii, sex alii conventus in eisdem litteris divisionis specificati nume-

1 Edit. Main. legit in simili formâ Brevis, quas praesentibus desuper expeditis (R. T.).

Erectio huiusmodi vicariarum.

Causae eas erigendi in provincias.

rentur; ac proinde dicti exponentes, attenta praenarrato conventuum et religiosorum numero, pro meliori et salubriori regimine et regulari observantia et disciplina augeanda, dictas binas vicarias in duas provincias formales separatas et de per se stantes ad instar aliarum provinciarum eiusdem Ordinis erigi posse, illisque sic erectis omnia et singula privilegia, gratias et praerogativas ac indulta, quibus aliae eiusdem Ordinis provinciae de iure, usu et consuetudine, iuxta dicti Ordinis constitutiones et statuta dicta auctoritate confirmata, fruuntur et gaudent, per nos concedi plurimum desiderant: nobis propterea humiliter supplicari fecerunt ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolicâ dignemur.

Erectio praefatarum vicariarum in duas distinctas provincias, salva privilegia reformationum.

§ 3. Nos igitur, eorumdem exponentium votis hac in re benigne annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui relationem dilecti etiam filii moderni prioris generalis dicti Ordinis rationesque deductas mature perpenderunt, consilio, supradictas vicarias in duas provincias formales ad instar aliarum provinciarum eiusdem Ordinis, salvis tamen privilegiis eorumdem conventuum reformationum, auctoritate apostolicâ, tenore praesentium, iuxta petita, erigimus; salvâ tamen semper in praemissis

auctoritate Congregationis eorumdem cardinalium.

§ 3. Decernentes easdem praesentes litteras, firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat et pro tempore spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque, etc.¹

§ 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac, quatenus opus sit, conventuum, vicariarum et Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, etc.²

§ 5. Volumus autem, ut earumdem praesentium litterarum transumptis, etc.³

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xx aprilis MDCXX, pontificatus nostri anno xx.

Dat. die 20 aprilis 1720, pontif. anno xx.

CCLXXII.

Confirmatur decretum dietae generalis Congregationis monachorum Silvestrinorum de exercitio munerum a constitutionibus praescripto ad obtinendam abbatiam titulari.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Matthaens Sestili abbas et visitator generalis Congregationis monachorum Silvestrinorum nuncupatorum Ordinis S. Benedicti, quod in constitutionibus dictae Congregationis a felicis recordationis Alexandro PP. VIII praedecessore nostro confirmatis, dist. III,

¹ Ut supra pag. 703 a (R. T.).

² Ut supra pag. 703 a (R. T.).

³ Ut supra pag. 704 a (R. T.).

⁴ Constitutiones horum monachorum confirmatae fuere ab Alexandro VIII const. ed. MDCXC, die 15 octobris, pontif. 1.

cap. IV, § 6, inter alia disponitur, quod, si quis, octo annorum curriculo, aut bibliothecarii monasterii S. Benedicti terrae de Fabriano, sive socii procuratoris generalis eiusdem Congregationis munus obierit, capax abbatiae titularis efficiatur, absque eo quod expressum sit an opus ei existat, quod in unoquoque ex dictis officiis duo quadriennia complevisse, vel supradicti temporis dimidiam partem in uno, aliamque dimidiam in altero¹ munere consumpsisse sufficiat. Cumque anno MDCXCIV infrascriptae Congregationi cardinalium pro huiusmodi declaratione supplicatum fuisset; istamque eidem Congregationi cardinalium ad tunc proxime dietam generalem, quae desuper pro suo arbitrio et conscientia explanaret, quod sibi magis expediens videretur, remittere placuisset: ipsamet dieta eodem anno declaravit octennium in dictâ constitutione praefixum intelligendum esse extensive ad diversa officia, itaut si aliquis monachus per biennium socius dicti procuratoris generalis, altero biennio bibliothecarius, altero secretarius, alteroque itidem biennio novitiorum magister extitisset, hunc intelligi annos octo a constitutione praefinitos explevisse, habilemque effectum ad hoc ut ad abbatiam titulari promoveatur. Ac insuper eadem dieta hanc rursus methodum proportionabiliter in aliis officiis honoris nuncupatis ac voce carentibus successive servandam esse decrevit, sic ut sensus semper successivus, non autem cumulativus esse deberet; atque, pro maiori robore ac firmitate praecitatae declarationis et decreti supplicandum duxerat praedictae Congregationi cardinalium pro illorum confirmatione, quae subinde dignata fuerat rescribere esse locum confirmationi per litteras

¹ Edit. Main. legit altera (R. T.).

apostolicas. Porro post eiusmodi rescriptum evenit quod dictus Ioannes Matthaens, nunc abbas et visitator generalis eiusdem Congregationis monachorum, qui socii procuratoris generalis per quatuor annos et totidem bibliothecarii supradicti monasterii officio functus fuerat, in dietâ generali insteterit pro sui promotione in abbatem titulari, existimans quod novas preces memoratae Congregationi cardinalium, quae iam declarationem ipsi dietae commiserat, et ista octo annorum exercitium in pluribus ex dictis officiis iam sufficere declaraverat, porrigere necessarium minime foret. Verum, quia, cum eademmet dieta extendens declarationem ad alia honoris munia (pro cuius confirmatione supplicari debuerat, prout praedictae Congregationi cardinalium supplicatum fuerat, et ipsa pro confirmatione rescripserat) facultates sibi tributas excessisset, tunc existens abbas generalis supradictae Congregationis Silvestrinorum supplicem libellum, tam eiusdem Matthaeni, quam dilecti pariter filii Ioannis Baptistae Cortosonno monachi expresse professi¹, huius Congregationis nomine, eidem Congregationi cardinalium porrexit, quatenus, omni semoto dubio, utrumque ad gradum abbatiae titularis habitare dignaretur, prout die XVIII aprilis MDCXCVIII habilitavit, hac tamen conditione, ut, nisi infra tres menses litterae apostolicae super confirmatione dietae generalis huiusmodi expedirentur, eiusmodi gratia eis minime suffragaretur. Ignarus itaque Ioannes Matthaens supplicationis eius nomine distributae, sicuti et rescripti desuper editi, haud tamen inscius minime teneri ad aliquam dictarum litterarum expeditionem, sub firmâ credulitate quod ista cadere deberet solummodo in eâ parte, quae

¹ Ed. M. I. monacho expresse professio (R. T.).

respiciebat declarationem dietae generalis dicto anno MDCXCIV circa munia honoris pro quibus cursus duodecim annorum requiritur, et super quibus declarandis nullam habuerat facultatem, ab inde citra pacificam et bonam fide intra spatium viginti duorum annorum gradum abbatis titularis non minus quam gubernii ex eis quatuor ac visitatoris generalis munere octo annorum, quod etiam num exercet, gavisus est.

Rationes sequentis confirmationis.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Ioannes Matthaëus, timens posse in proximo futuro capitulo generali supradictae Congregationis Silvestrinorum opponi nullitatem honorum hactenus habitorum, quemadmodum et aliorum, si quibus a sua Congregatione decorari valeret, et eo tantummodo motivo, quia litteras praedictas, quas sibi minime necessarias esse iudicaverat, haud expedierit, oppositam nullitatem non obstante, se habilitatum et capacem per nos declarari summopere desideret, maxime quia in aliis quinque capitulis duabusque dietis, quibus tamquam abbas titularis de gubernio et tamquam visitator generalis interfuerit, nec eidem unquam talis oppositio facta sit, quod de per se solum est siquidem sufficiens ad quamcumque nullitatem sanandam, quatenus adesset, sed semper in eodem gradu suffragium tulerit, eiusque votum absque ulla contradictione admissum fuerit: nobis propterea idem Ioannes Matthaëus humiliter supplicari fecit ut sibi in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio in rubrica.

§ 3. Nos igitur, ipsum Ioannem Matthaëum specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris

1 Edit. Main. legit quae (R. T.).

et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui dilectorum filiorum socii et vice-procuratoris generalis ipsius Congregationis Silvestrinorum relationem et a praedicto Ioanne Matthaëo narrata attenderunt, consilio, primum decretum a dieta generali editum, et gratiam abbatiae titularis a memorato Ioanne Matthaëo reportatam, ut praefertur, auctoritate apostolica, tenore praesentium, confirmamus et respective sanamus, illisque apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementum; salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis cardinalium.

Clauulae.

§ 4. Decernentes, easdem praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et dicto Ioanni Matthaëo in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis, etc. 1.

Contractionum derogatio.

§ 5. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Congregationis Silvestrinorum, etiam iuramento, etc. 2.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die II maii MDCCLXX, pontificatus nostri anno XX.

Dat. die 2 maii 1720, pontif. anno XX.

1 Reliqua ut pag. 703 a (R. T.).

2 Reliqua ut ibid. (R. T.).

CCLXXIII.

Confirmantur quaedam decreta definitorii generalis Ordinis Minorum Conventualium.

Clemens Papa XI, ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Ex iniuncti nobis divinitus pastoralis officii debito, illa, quae pro felici eorum, qui Altissimi obsequiis sub suavi vitae religiosae iugo mancipati sunt, regimine et gubernio provide prudenterque facta esse noscuntur, ut firma semper atque inviolata persistent, libenter, cum id a nobis petitur, apostolici muniminis nostri praesidio roboramus.

Decretorum anno MDCCLXXIII editorum scriptus.

§ 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Carolus Iacobus Romilli minister generalis Ordinis fratrum Minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, quod in definitorio generali dicti Ordinis in alma Urbe nostra die XXVII mensis maii anni proxime praeteriti congregato, ad divini cultus incrementum et religiosorum Ordinis huiusmodi, tam ad regularis observantiae quam in litteris progressionem, edita et facta fuerunt nonnulla decreta tenoris qui sequitur, videlicet:

Decreta venerabilis definitorii generalis fratrum Minorum Conventualium sancti Francisci, Romae, die XXVII maii, anno MDCCLXXIII, congregati.

Patrona praecipua B. M. V. Immaculatae Conceptionis.

1. Sacra Minorum Conventualium religio beatissimae Virginis Conceptionem singularibus devotionis officiis a suis primordis quovis tempore prosecuta est. Quamobrem maiorum suorum semitis inhaerendo, decrevit venerabile definitorium eandem beatam Vir-

1 Alexandri VIII constit. edit. MDCXC, die 5 aprilis, pontif. I, confirmata fuere quaedam decreta capituli generalis; et in huius Pontificis constit. ed. MDCCLXXIII, die 12 iulii, pontif. XX, est prohibitio extrahendi libros ex bibliotheca Urbanensi.

ginem sub titulo Immaculatae Conceptionis in patronam principalem sibi assumere, firmissimam ex eo spem concipiens, futurum ut in Ordine nostro erga eandem Deiparam, eiusdemque Immaculatae Conceptionis mysterium, pietas et religio in dies fervescat et augeatur.

Ratio sciendae transflationis.

II. Cum satis compertum sit non levis sequi incommoda, et iura ministrorum provincialium confundi et perturbari, si quandoque in transflationibus contingat aliquem prius acceptari in filium conventus quam provinciae; hac de causa sub poena nullitatis praecipitur, ut in huiusmodi transflationibus (etiamsi utraque aggregatio spectaret ad definitorium provinciale) hic ordo omnino servetur: praemissis litteris de iure praemittendis, prius provinciae, deinde conventui coaptetur.

Sacrificia et preces pro moribus praesidentibus.

III. Pietati et maxime religioso consentaneum est, eos, qui vel religioni toti, vel provinciis praesuerunt, quique non pro se ipsis dumtaxat, sed pro aliis quoque tenentur Deo rationem reddere, uberius suffragiis, cum ex hac vita decesserint, adiuvari. Statuitur ergo, ut pro exgeneralibus et exprovincialibus in religione obeuntibus in singulis conventibus totius Ordinis una missa cantetur, singuli sacerdotes semel missae sacrificium offerant, clerici semel officium defunctorum, laici vero semel coronam beatae Mariae Virginis devote recitent: pro exprovincialibus, salvis manentibus suffragiis per constitutiones Urbanas statutis in singulis conventibus provinciae, duae aliae missae cantentur; pro exprocuratoribus generalibus aliisque assistentibus Ordinis, missa una cantetur in qualibet provincia, in conventu designando a ministro provinciali iuxta ordinem custodiarum et conventuum.

Qui ad religionem admittendi.

IV. Strictae praecipiant nostrae constitutiones Urbanae, ut nemo ad Ordinem recipiatur, nisi praevia diligentissima perquisitione de uniuscuiusque natalibus, de corporis habitudine, de moribus et vita antea. Quae perquisitiones cum non semel probatae sint deceptionibus obnoxiae, si illorum provincialium, ex quorum finibus recipiendi

ostum trahunt, informatio et votum negligatur; ideo mandatur ministris provincialibus quarumcumque provinciarum, ne impotenter audeant exteros ad habitum religionis admittere, nisi praehabitis informatione et consensu provincialium, ad quos spectat, sub poenis statutis et expressis in decreto Alexandri VIII quod incipit *Provinciales quarumcumque provinciarum*, et aliis poenis ministri generalis arbitrio reservatis.

Conversi careant iure suffragii.

v. Quamquam in constitutionibus nostris fratribus quoque laicis seu conversis ius suffragii in quibusdam actionibus concedatur; tamen, quia, ut experimento compertum est, ex huiusmodi conversorum suffragiis acta publica ut plurimum vel impediuntur, vel perturbantur, cum ut plurimum deteriore sequentes, ab optimorum sententia discedant, haec de re statuitur ut nullus conversorum, qui actu in religione reperiuntur, in actionibus publicis vel privatis suffragium ferat, nisi in aetate habeat annos quadraginta et in professione regulari quindecim; qui vero post hoc decretum ad habitum religionis admittentur, omnino careant iure suffragii.

Qui lecturas morales ad gradum promovendi.

vi. Cum non parum utilitatis a lecturae moralis exercitio oriri probatum sit, censuit venerabile definitorium, confirmandum esse decretum, super hoc emanatum in capitulis generalibus celebratis annis MDCCVII et MDCCXIII, quod incipit *Cum in dies*, hac tamen limitatione, ut lectura moralis ad paternitatis provinciae gradum non perducat, nisi qui prius regentes primae classis fuerint, ne, si sola lectura moralis ad paternitatem provinciae assequendam sufficiat, cum non levi religionis detrimento, laboriosa ceterarum facultatum studia negligantur.

Approbantur novem decreta definitoria MDCCXIII celebrata.

vii. Postremo, cum decreta definitorii generalis in Urbe congregati anno MDCCXIII nonnisi ad sexennium fuerint a sanctissimo domino nostro confirmata, quaesitum fuit, an essent iterum approbanda. Quibus venerabile definitorium respondit: — primum de confessionibus novitiorum audiendis non ab ipsorum magistro, ut vitentur conscientiarum pericula, sed ab alio religioso spectatae vitae ad id muneris seligendo; tertium

in quo, ne conventus gravetur, decernitur ut non cuilibet definitori perpetuo proprius laicus assignetur pro socio, sed unus frater laicus inserviat saltem duobus patribus; quintum de praefectis in gymnasiis et collegiis pro maiori studentium profectu destinandis; octavum de lecturae secundae seminarii regentibus diligentioribus secundo triennio pro secunda, et tertio triennio pro prima classe, iudicio definitorii generalis concedenda; decimum de seminariis pro faciliiori adolescentium profectu ad pauciores numerum reducendis; undecimum de non promovendis ad paternitatem alicuius conventus, nisi prius ab episcopo dioecetano fuerint ad confessionem admissi; duodecimum de subsidiis praestandis sacro conventui Assisiensi: haec omnia venerabile definitorium respondit esse approbanda iuxta eorum seriem et tenorem, prout re ipsa approbavit: — secundum vero de suffragio a conversis in electionibus non ferendo, nisi in aetate habeant annos quadraginta et in professione regulari quindecim, approbavit, sed ulterius statuit, quod conversi, imposterum ad habitum admittendi, omnino careant iure suffragandi, prout n. v; quintum², de lecturae morali in Ordine promovenda, pariter confirmavit, sed hac limitatione, ut ad paternitatis gradum non perducat, nisi qui prius regentes primae classis fuerint, prout n. vi; sextum tandem, septimum et nonum, in quibus de methodo studiorum, de concursu et examine studentium baccalaeorum et numero collegialium agitur, censuit venerabile definitorium esse totaliter committenda, prout de iure in sacris constitutionibus Urbanis, prudentiae et arbitrio reverendissimi fratris ministri generalis, qui, pro locorum et temporum varietate, id pro studiorum incremento statuet, quod magis in Domino expedire videbitur.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Carolus Iacobus minister generalis decreta huiusmodi,

¹ Edit. Main. legit habeat (R. T.).

² Forsan legend. quartum, quia quintum in legitur paulo ante inter absolute approbata (R. T.).

Confirmatio relatorum decretorum, uno excepto, iterum ad examen revocando.

quo firmiter subsistant et serventur exactius, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret: nos, specialem ipsi Carolo Iacobo ministro generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui relationem dilecti filii nostri Iosephi eiusdem sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Vallemanni nuncupati, dicti Ordinis apud nos et Sedem Apostolicam protectoris, et alteram dilecti etiam filii moderni procuratoris generalis Ordinis huiusmodi, atque documenta exhibita mature perpenderunt, consilio, decreta praeinserta, nono dumtaxat excepto, confirmando usque ad proxime futurum capitulum generale Ordinis praedicti, ac in proxime venturo generali definitorio iterum ad trutinam reducendo, auctoritate apostolica, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem cardinalium.

Clemens.

§ 3. Decernentes praeinserta decreta, ac easdem praesentes litteras, firma, valida et efficacia existere et fore, suosque plenarios et integros effectus, etc.!

¹ Reliqua ut supra pag. 703 a (R. T.).

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, eiusque provinciarum et conventuum quorumvis, aliisque quibusvis, etiam iuramento, etc.!

Derratio contrariorum.

§ 5. Volumus autem ut earumdem praesentium litterarum transumptis, etc.

Fides transumptorum.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die VII maii MDCCXX, pontificatus nostri anno XX.

Dat. die 7 maii 1720, pontif. anno XX.

CCLXXIV.

Confirmantur quaedam decreta capituli generalis Congregationis S. Bernardi in Hispania de lectoribus et concionatoribus¹.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

Ex iniuncti nobis divinitus pastoralis officii debito, illa, quae pro felici eorum, qui Altissimi obsequiis sub suavi monasticae vitae iugo mancipati sunt, regimine et gubernio provide prudenterque facta esse noscuntur, ut firma semper atque inviolata persistant, libenter, cum id a nobis petitur, apostolici muniminis nostri praesidio roboramus.

Exordium.

§ 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius modernus procurator generalis in Romanam Curiam monachorum Congregationis S. Bernardi Hispaniae Ordinis Cisterciensis, tam suo quam dilectorum filiorum abbatis generalis et totius definitorii praedictae Con-

Decretorum anno MDCCXVII editorum causa referunt.

¹ Reliqua ut pag. 703 a (R. T.).

² Reliqua ut pag. 704 a (R. T.).

³ Const. ed. MDCCXIX, die 3 aprilis, pont. XIX, extat decretum de electione superiorum singulis sexennii; et Benedicti XIII constitut. edit. MDCCXXVIII, die 20 decembris, pontif. V, agitur de distributione officiorum in Congregatione Cisterciensi Castellae.

gregationis nomine, quod in capitulo generali eiusdem congregationis die x novembris mccciv in collegio de Palazuelos nuncupato celebrato, ad tollendas gravissimas inordinationes quas ipsa congregatio ob neglectas sacrae theologiae et philosophiae lecturas necnon verbi Dei praedicationes experta fuit, nonnulla decreta, sive definitiones, circa modum deinceps in electione lectorum, verbi Dei praedicatorum, oppositorum et aliorum servandum, edita et facta, ac ab eodem capitulo approbata et subscripta fuerunt, tenoris qui sequitur, videlicet:

Decreti o definitioni et ordinationi da confirmarsi.

Lectores et concionatores que de causa amoveri possint a suo munere.

I. E per essersi sperimentati nella religione gravi inconvenienti, per l'esperienza che finora ha avuto nel tralasciare le lettere¹ di teologia e filosofia e le prediche, desiderando evitarli, il capitolo generale comanda, che di qui avanti, una volta che saranno posti li detti lettori e predicatori nella forma che nelli capitoli seguenti si dirà, non si possano rimuovere dalle loro cariche senza causa; e dichiarare² il capitolo generale esser causa legittima per esser rimossi la mancanza del complimento all'obbligo di detti loro impieghi o cariche letterarie, e ogni altra cosa, per la quale possono secondo li nostri statuti e definitioni esser privati li padri abati.

Norma eos eligendi.

II. E perchè li detti lettori e predicatori siano tali che nominati una volta non possano esser rimossi se non per le cause dichiarate nell'antecedente capitolo, ordina e comanda il capitolo generale che li lettori e predicatori si provvedano ed eleggano di qui innanzi per concorso nel tempo del capitolo generale, o pure quando parerà al nostro reverendissimo padre generale esser di bisogno, dovendo li concorrenti intervenire a detto capitolo, nel quale difenderanno quella conclusione che vorranno, e leg-

¹ Forsan lecture (R. T.).

² Videtur legendum dichiara (R. T.).

geranno d'opposizione un'ora con punti rigorosi di ventiquattro ore, quali si proporranno dal Maestro delle Sentenze, argomentando uno contro l'altro di maniera che ciascheduno delli concorrenti sostenga due argomenti di mezz'ora per ciascheduno.

III. Parimente concede licenza il capitolo generale di poter concorrere a detta opposizione tutti quelli che averanno sostenuto l'atto maggiore nell'università d'Alcalà e a quelli che averanno sostenuto l'atto maggiore o minore nell'università di Salamanca, o saranno nominati dal nostro reverendissimo padre generale per sostenerli, e a quelli che sua paternità reverendissima, secondo le circostanze, parerà convenienti chiamare a detto concorso. A tutti i quali che vogliono concorrere debbano li padri abati, de'quali saranno sudditi, dar a conto della lor casa di professione tutto il bisognevole per andare e ritornare a Palazuelos, o al luogo dove sarà il concorso, sotto pena di sospensione dalle loro dignità abbaziali per sei mesi; il che si eseguirà dal nostro reverendissimo padre generale o suo commissario senza dispensarne alcuno: sopra di che a sua paternità reverendissima se gli incarica la coscienza, come anche il detto capitolo generale incarica la coscienza di sua paternità reverendissima, acciò che la provisione di detti atti della università la faccia in soggetti più abili, che per ciò li padri maestri e lettori di Salamanca ed Alcalà e maestro degli studenti di Salamanca, dopo sostenuti gli atti di detti collegii, facciano un attestato giurato e segreto, senza comunicarsi uno con l'altro, a sua paternità reverendissima di ciascheduno di detti che averanno sostenuti gli atti di collegio, acciò detta paternità sua reverendissima possa con maggior sicurezza provvedere gli atti dell'università, avendo riguardo alli meriti delli soggetti, ed alla giustizia distributiva, che ordina la Bolla del nostro santo Padre Clemente XI.

IV. Similmente ordina il capitolo generale, che, fatto il sopraddetto concorso ed opposizione alle letture e prediche, si provvedano per voti decisivi del nostro reverendissimo

Qui ad examen admittendi et a quo eis ministranda viatica.

Examinatores et qui ab eis approbandi.

padre generale ed altri quattro esaminatori, che saranno sempre li lettori e oppositori di Alcalà e Salamanca, di maniera che di detti quattro uno sia naturale del regno di Galizia, e l'altro della provincia de Campos e terre adiacenti del regno di Leone, e gli altri due siano naturali di Castiglianova, Riosa, Asturie e Montannas. E se d'alcuno di detti partiti non vi sarà lettore, nè oppositore, si compisca il detto numero di quattro con il maestro o maestri più moderni, che siano capitolari, naturali di detti partiti che non averanno lettore nè oppositore. Et il detto nostro reverendissimo padre generale e quattro esaminatori giurino di dare il voto per quelli che giudicheranno più abili a dette cariche, regolandosi il tutto meglio si potrà, con l'egual divisione e subdivisione che dispone in quanto ai magisteri e prediche il nostro santissimo Papa Clemente XI, dare i loro voti in segreto, e quello che averà maggior numero di essi, sia lettore o predicatore.

Quot lectores et concionatores eligendi.

V. Et in tal guisa nei tempi suddetti si provvedano tutte le letture e prediche che allora saranno vacanti, e che si sappia che in quel triennio hanno da vacare.

VI. Potendo similmente provvedere, oltre li detti, altri due o tre lettori e predicatori, che solo possano entrare, parendo al nostro reverendissimo padre generale, in letture e prediche, se a caso vacheranno avanti d'altro concorso per morte, rinunzia o privazione.

Electio oppositorum pro universitatibus.

VII. Nell'istessa conformità e maniera provvederanno il detto nostro reverendissimo padre generale e quattro esaminatori quelli che si dovranno assegnare per oppositori alle cattedre delle università, nominandoli delli soggetti di detto concorso o delli lettori attuali, li quali, nominati una volta, non possano lasciar detta carica di oppositori se non per causa d'una malattia che li obblighi a ciò, e che risulti per mezzo d'un attestato giurato de' medici, riconosciuto ed approvato dal detto nostro reverendissimo padre generale e li quattro esaminatori, o la maggior parte delli cinque.

A quo feri debent impensae

VIII. Comanda similmente il capitolo generale, che tutte le spese del nostro rev-

rendissimo padre generale, delli quattro padri esaminatori, e delli concorrenti alle dette cariche, tutto il tempo che durerà il detto concorso, le faccia questo monastero di Palazuelos, o altro che il nostro reverendissimo padre generale assegnerà per quest'effetto, a conto di tutto l'Ordine, quale si riporta con le spese dell'istesso capitolo; e paghino li padri abati con la stessa puntualità che si pagano sempre le dette spese al capitolo generale.

De jubilatio.

IX. Parimente ordina il detto capitolo generale, che nessun lettore nè predicatore si possa giubilare, finchè non abbia letto o predicato dodici corsi compiuti.

X. E parimenti, che nessuno possa esser lettore nè predicatore del collegio di Palazuelos più di sei corsi; quali terminati, il nostro reverendissimo padre generale debba farli passare ad altre letture o prediche; e che nessun lettore possa giubilarsi senza aver letto tre anni almeno in Alcalà o Salamanca.

De lectore ac concionatore collegii de Palazuelos.

XI. Parimente comanda il capitolo generale, che nel collegio di Alcalà non vi siano altro che quattro lettori, e il meno antico di abito eserciti l'ufficio di maestro de'studenti, e in Salamanca più di tre lettori e un maestro de'studenti, includendo in questo numero li graduati di detta università che non averanno cattedra nè saranno giubilati.

De numero lectorum et magistrorum.

XII. E che nel collegio delli più anziani non vi siano più che tre reggenti, e che il meno antico d'abito eserciti l'ufficio di vice-reggente, nè tampoco nel collegio di Palazuelos vi siano più di quattro lettori, esercitando il meno antico d'abito l'ufficio di maestro de'studenti, e in ciaschedun collegio di filosofia solamente vi sarà un lettore che guadagni tre corsi compita la lettura di filosofia, ed uno più anziano che non guadagni corso; il che si osservi subito ottenuta che sarà la conferma apostolica.

Item de numero regentium et viceregentium.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dicti exponentes decreta et definitiones huiusmodi, quo firmitus subsistant et serventur exactius,

Confirmatio relatorum decretorum.

apostolicae confirmationis nostrae patrociniis, communiri plurimum desiderent: nos, specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui relationem eiusdem procuratoris generalis super praemissis eisdem cardinalibus factam viderunt, consilio (recedendo a resolutis sub die xi martii anni proxime praeteriti in eâ parte, in qua fuit dictum quoad confirmationem supradictorum decretorum et definitionum factam et approbatam in pleno capitulo generali exquirendum esse votum eiusdem capituli generalis), definitiones et decreta praeserta huiusmodi, auctoritate apostolicâ, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: salvâ tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Glossulae.

§ 3. Decernentes praeserta decreta et definitiones, ac easdem praesentes litteras, firma, valida et efficacia existere et fore, suosque, etc. 1.

Contractorum derogatio.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac, quate-

1 Reliqua ut pag. 703 a (R. T.).

nus opus sit, dictae Congregationis Hispaniae, etiam iuramento, etc. 2.

§ 5. Volumus autem, ut earumdem praesentium litterarum transumptis, etc. 3.

Fides transumptorum.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xxix martii MDCCXX, pontificatus nostri anno xx.

Dat. die 29 martii 1720, pontif. anno xx.

CCLXXV.

Conceditur indulgentia plenaria perpetua in quibusdam festis pro ecclesiâ B. Mariae della Steccata Militiae Aureatae Constantinianae 1.

Clemens Papa XI,

Universis christifidelibus, praesentes litteras inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad augendam fidelium religionem et animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris piâ charitate intenti, ac supplicationibus dilecti filii nobilis viri Francisci Parmae et Placentiae ducis, et magni magistri seu perpetui administratoris Militiae Aureatae Constantinianae sub titulo S. Georgii et regulâ S. Basilii Magni, nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ac sacrâ communionem refectis, qui ecclesiam conventualem B. Mariae della Steccata nuncupatam, Parmensem, praedictae Militiae, in Conceptionis, Annunciationis beatæ Mariae Virginis Imma-

Præcibus ducis Parmae, magni magistri, conceditur praedicta indulgentia in festis Conceptionis et Annunciationis B. M. ac sanctorum Gregorii et Basilii.

1 Reliqua ut pag. 703 a (R. T.).

2 Reliqua ut pag. 704 a (R. T.).

3 Praedicta ecclesia erecta fuit in sedem Militiae constit. edit. MDCCXVIII, die 27 maii, pontif. xviii; et Innocentii XIII constit. edit. MDCCXXI, die 15 decembris, pontif. i, creatur quinquaginta equites Aureatae Militiae.

culatae, ac sanctorum Georgii et Basilii festis diebus a primis vespere usque ad occasum solis dierum huiusmodi annis singulis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, qua die ex praedictis id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus et largimur; praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xv iunii MDCCXX, pontificatus nostri anno xx.

Dat. die 15 iunii 1720, pontif. anno xx.

CCLXXVI.

Prohibetur, ne extrahantur libri ex publicâ bibliothecâ Urbinatensi, et facultas eidem retinendi libros damnatos indulgetur 1.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

A Clemente XI instituta fuit publica Bibliotheca Urbinatensis.

§ 1. Cum nos civitatem nostram Urbinatensem, in qua nati, educati et a primis aetatis nostrae annis instituti fuimus, quamque propterea singulari paternae charitatis affectu in Domino complectimur, amplioribus in dies beneficiis et gratis ornare cupientes, ac ad illa potissimum quae maiorem ei utilitatem et fructum afferre possunt, pontificiae nostrae largitatis intuitum dirigentes, publicam bibliothecam in conventu fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conven-

1 Const. edit. MDCCVI, die 30 ianuarii, pontif. vi, inter auditores Rotae Perusinae concessus fuit locus uni civi Urbinatensi; et constit. edit. MDCCXXI, die 19 martii, pontif. xxi, confirmantur privilegia universitatis et collegii doctorum.

tualium nuncupatorum dictae civitatis, ad usum et commoditatem eorundem fratrum ac civium et incolarum quorumcumque ipsius civitatis necnon studiosorum ad universitatem studii generalis in eadem civitate erectam confluentium, instituerimus, non modicâ pecuniarum summâ per nos in id opus erogatâ, praesertim in constructionem fabricae eiusdem bibliothecae, eamque non modo scriniis, seu forulis, nuceo ligno decenter elaboratis, ac filo aereo reticulato munitis, verum etiam plurimis codicibus ad omnes prope scientias et artes tum liberales tum mechanicas spectantibus, sive per nos emptis, sive e domesticâ nostrâ bibliothecâ extractis 1, qui, ultra nonnullos in antiquâ dicti conventus bibliothecâ existentes, ac alios plures, quos bonae memoriae Alexander Fidelis, dum viveret, episcopus Aesinus, eiusmodi nostrae in suam aequae ac nostram patriam beneficae voluntatis probe conscius, in suis supremis tabulis dispositioni nostrae hoc consilio reliquerat, in scriniis huiusmodi collocati et congrue dispositi reperiuntur, instrui fecerimus; illisque nuper etiam alios codices praesertim ad artem medicam pertinentes, quos quondam Ioannes Maria Lancisius, dum vixit, cubicularius et medicus noster secretus, propenso in eandem patriam nostram animo, dictae bibliothecae legaverat, addi iusserimus; quinimo etiam in posterum eandem bibliothecam aliis codicibus seu voluminibus, dum, benediciente Domino, vita suppetet, augere intendamus, ad hoc ut exinde memorati fratres, cives, incolae et studiosi bonarum ac praesertim sacrarum litterarum laudabiliumque disciplinarum studiis commodius ac impensius vacare uberiorisque in eis progressus facere valeant, sicque ad sectanda vestigia tot

1 Ed. Main. legit *exaratis* pro *extractis* (R. T.).

illustrium virorum, qui in praedicta civitate omni doctrinae genere antehac eximie floruerunt; ac permultis in lucem editis operibus plurimum ei decus ac ornamentum attulerunt, vehementius excitentur:

Prohibitio
praedicta.

§ 2. Nunc vero conservationi, maintenance et incremento dictae bibliothecae, quantum cum Domino possumus, benigne consulere volentes; idcirco, motu proprio, ac ex certa scientia et matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, ne quisquam, cuiusvis gradus, status, ordinis, praeeminentiae vel dignitatis existat, aut quocumque officio, auctoritate vel superioritate fungatur, libros, codices, quaternas, folia, chartas, scripturas et volumina quaecumque, tam typis impressa quam manuscripta, hactenus a nobis vel aliis, ut praefertur, donata et assignata, seu in posterum per nos et alios quoslibet quandocumque donanda et assignanda, ex ipsa bibliotheca, sub quovis quaesito colore, praetextu, capite vel occasione, extrahere vel asportare, seu ut extrahantur vel asportentur permittere aut consentire audeat quovis modo seu praesumat, sub excommunicationis latae sententiae, a qua non nisi a nobis et pro tempore existente Romano Pontifice absolutionis beneficium, praeterquam in mortis articulo constitutus, impetrare possit, et, quoad regulares, etiam privationis vocis activae et passivae, eo ipso absque alia declaratione per contrafacientes incurrendis poenis, auctoritate apostolica, tenore praesentium, perpetuo prohibemus et interdicimus.

In dolum retinendi libros damnatos ita ut non ut principales sub clavi custodiantur.

§ 3. Praeterea, ut in bibliotheca praefata quorumvis etiam haereticorum et haeresiarcharum aliorumque reprobatorum auctorum, cuiuscumque sectae et classis, etiam primae, et ex quacumque causa, etiam ob falsi dogmatis suspicio-

nem, a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, ac etiam in quibusvis conciliis generalibus, necnon etiam a nobis et Sede Apostolica quomodolibet prohibiti et damnati, ac a nobis successoribusque nostris Romanis Pontificibus et dicta Sede in futurum forsitan prohibendi et damnandi libri, manuscripta et opera, tam hactenus in lucem edita, quam in posterum edenda seu scribenda quaecumque, etiamsi ex professo et in capite de religione et fide catholica, seu contra religionem et fidem easdem tractent, in ipsa bibliotheca hactenus collocati et collocata, ac in posterum quandocumque collocandi et collocanda, retineri, haberi et asservari licite et impune, ac absque ullo conscientiae scrupulo et quarumcumque ecclesiasticarum sententiarum et censurarum vel aliarum poenarum, etiam irregularitatis, infamiae aut inhabilitatis incursu, possint et valeant, ita tamen ut libri, scripta et opera praefata omnia, ac illa praesertim quae de religione et fide, vel contra religionem et fidem orthodoxam tractant seu tractabunt, in aliquo separato eiusdem bibliothecae loco clausi et clausa ac secreto et sine cuiusquam scandalo vel periculo sub clavi retineantur, nec a quoquam accipi possint nisi de manibus bibliothecarii vel custodum nunc et pro tempore existentium, qui illos seu illa legendos seu legenda nemini praebere audeant quovis modo seu praesumant, nisi prius sibi constiterit, quod illos seu illa petentes opportunam super eorum lectione a Sede praefata licentiam sibi concedi obtinuerint, motu, scientia et potestatis plenitudine paribus, harum serie, concedimus et indulgemus.

§ 4. Decernentes easdem praesentes litteras firmas, etc. ¹, sicque et non ali-

¹ Ut supra pag. 703 a (R. T.).

Clausula.

CCLXXVII.

Abolentur statuta capitulorum generalium fratrum Minorum de Observantia Reformatorem de privilegiis lectorum, praedicatorum et magistrorum novitiorum¹.

Clemens Papa XI,
ad futuram rei memoriam.

ter in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, etiam generales inquisitores et de latere legatos, aliosve quoslibet quacumque praeeminentia et potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere; ac irritum et inane, etc. ¹.

Contrarium derogatio.

§ 5. Non obstantibus quibuslibet apostolicis, ac in universalibus provincialibusque conciliis editis et edendis, specialibus vel generalibus, constitutionibus et ordinationibus, nec non prohibitionibus desuper factis et in posterum quomodolibet faciendis; quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium et singulorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, specialiter et expresse ac latissime derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum.

§ 5. Volumus autem ut praesentium litterarum exemplum in valvis dictae bibliothecae, aut alio conspicuo illius loco ubi ab omnibus cerni et legi possit, affixum assidue remaneat.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XII iulii MDCCXX, pontificatus nostri anno XX.

Dat. die 12 iulii 1720, pontif. anno XX.

¹ Reliqua ut pag. 703 a (R. T.).

Exordium.

Inter ceteras apostolicae sevitutis curas, quibus circa universalis Ecclesiae regimen humilitati nostrae a Domino commissum assidue premimur, ea nos non parum sollicitos habet, ut personae regulares, divinis obsequiis sub suavi religionis iugo mancipatae, iuxta regularia eorum instituta salubriter regantur; et propterea, si quae felici earum statui obesse aut in aliquod observantiae regularis earum et disciplinae detrimentum vergere cognovimus, ea, quantum nobis ex alto conceditur, removemus et prohibemus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§ 1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni superiores generales Ordinis fratrum Minorum sancti Francisci de Observantia Reformatorem nuncupatorum, quod capitulum generale dicti Ordinis quod anno MDCLXXXII in civitate Toletana celebratum fuit, perpendens multos praemio magis quam poenam ad virtutes excitari, omnium strictioris observantiae vocalium unanimi consensu, ac nemine prorsus discrepante, statuit, ut ii, qui integrum philosophiae cursum et sacram theologiam duodecim annorum spatio laudabiliter

Statutum capituli Toletani MDCLXXXII de praecedenti lectorum, concinatorum et magistrorum novitiorum.

¹ Innocentii XI const. ed. MDCLXXXVI, die 18 (28) martii, pontif. X, confirmata fuere privilegia lectorum; huius Pontificis constitut. edit. MDCCXVIII, die 20 augusti, pontif. XVIII, revocata fuere privilegia personalia in provinciis Brasiliensibus; et de abolendis privilegiis lectorum vide const. sequentem ed. MDCCXX, die 7 septembris, pontif. XX.

docuerunt, vel imposterum docebunt, ultimum locum et praecedentiam inter eos qui ministri et vicarii provincialis per biennium vel guardiani conventus Hierusalem vel secretarii generalis respective muneribus perfuncti fuerunt obtineant; qui vero totidem annis in cathedralibus ecclesiis, vel suggestis conspicuis, vel generalibus in verbi Dei praedicatione praeclare se gesserunt, et posthac se gerent, immediate post definitores actuales; et qui magistri, novitiorum per octo annorum decursum fuerunt vel erunt, post excustodes et proministros, qui in capitulo generali Hispaniarum legitime suffragati sunt, locum habeant; eâ tamen lege ut unus ex lectoribus, unusque ex concionatoribus, ac unus ex praedictis magistris antiquior in suo quolibet munere expleto praefata praecedentiâ respective et loco absque iure subrogandi eodem tempore gaudere possit; praefati autem lectores in posterum scholastica exercitia ad praescriptum constitutionum eiusdem Ordinis auctoritate apostolicâ confirmatarum peragere teneantur; ac postmodum eiusmodi Toletanum statutum quoad lectores de tunc existentium S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum consilio per quasdam felicis recollectionis Innocentii Papae XI praedecessoris nostri die XVIII¹ martii MDCLXXXVI expeditas litteras, sub certis modo et formâ tunc expressis, confirmatum et approbatum fuit; et deinde in capitulo pariter generali Romano anno MDCLXXXVIII celebrato titulus emeriti iam dictis lectoribus attributus extitit; ac in altero similiter capitulo generali Victoriae nuncupato, anno MDCXCIV habito, unus in qualibet provinciâ conventus, ubi lectores praedicti privilegia huiusmodi con-

¹ In tom. XIX pag. 669 a legitur 28 (R. T.).

secutori eadem scholastica exercitia prosequi deberent, stabilitus fuit.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, experientiâ comperitum sit gravia ex ipsis indultis et privilegiis regulari disciplinae praeiudicia illata, ac inter religiosos iurgia, lites ac ambitus multum ab humilitate et simplicitate dicti Ordinis aliena exorta esse; et propterea dicti exponentes, quo omnis via illius relaxationi praecludatur, de opportuno remedio a nobis provideri summopere desiderent: nos, ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de particularis Congregationis nonnullorum ex venerabilibus fratribus nostris eiusdem S. R. E. cardinalium a nobis deputatae consilio, dictum statutum Toletanum super indultis ac privilegiis lectoribus, verbi Dei praedicatoribus, necnon magistris novitiorum, sicut praemittitur, concessis, necnon alia statuta in capitulis generalibus scilicet Romano et Victoriae edita, ut praesertur, auctoritate apostolicâ, tenore praesentium, annullamus, cassamus, abrogamus et abolemus, viribusque et effectu vacuumus; sicque deinceps praedicti lectores, verbi Dei praedicatorum et magistri novitiorum indulta, privilegia et titulos huiusmodi nullatenus consequi valeant; ita tamen ut regulares Ordinis praedicti, qui usque ad praesentem diem iam dicta indulta et

Abolitio praedictorum statutorum.

privilegia legitime consecuti fuerint, in eorumque pacificâ possessione extiterint, iis uti et frui possint in statu tantum in quo reperiuntur, non tamen aliud privilegium in casu loci vacantis privilegiati assequi valeant, atque praesentibus nostris litteris iuri illis quaesito derogatum censeatur.

Claustrae.

§ 3. Decernentes, easdem praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat et spectabit, in futurum inviolabiliter observari, etc.¹

Derogatio contrarioribus.

§ 4. Non obstantibus praedictis Innocentii praedecessoris litteris, aliisque praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, etc.²

Ex lib. transumptum.

§ 5. Volumus autem ut earundem praesentium litterarum transumptis, etc.³

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die VI septembris MDCCXX, pontificatus nostri anno XX.

Dat. die 6 septembris 1720, pontif. anno XX.

CCLXXVIII.

Confirmatur decretum Congregationis particularis de abolendis privilegiis a capitulis generalibus fratrum Minorum de Observantiâ reformatorum lectoribus concessis⁴.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

Expositio oppositionum factarum.

§ 1. Nuper a particulari Congregatione nonnullorum ex venerabilibus fra-

¹ Reliqua ut pag. 703 a (R. T.).

² Reliqua ut ibid. (R. T.).

³ Reliqua ut supra pag. 704 a (R. T.).

⁴ Hac de re vide const. praecedentem edit. MDCCXX, die 6 septembris, pontif. XX; et Inno-

tribus nostris S. R. E. cardinalibus a nobis specialiter deputatâ super praetensis rationibus pro parte dilectorum filiorum lectorum Ordinis fratrum Minorum sancti Francisci de Observantiâ reformatorum nuncupatorum aliâs in Congregatione tunc existentium S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praeposita adductis, et in eadem Congregatione particulari minime exhibitis, non esse locum abolitioni indultorum et privilegiorum eis per statutum Toletanum ac capitula generalia Romano scilicet et Victoriae dicti Ordinis concessorum, emanavit decretum tenoris qui sequitur videlicet:

Ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci. — Cum pridem, sub die iovis XVIII iulii MDCCXX, Congregatio deputata eminentissimorum et reverendissimorum dominorum cardinalium Paulutii, Casoni, Paracciani, praefecti Congregationis episcoporum et regularium, ac Fabroni, meique infrascripti secretarii, fuerit in sensu, consulendum sanctissimo domino nostro pro abolitione statuti Toletani, necnon aliorum statutorum in capitulis generalibus Romano et Victoriae editorum, super indultis et privilegiis lectoribus, praedicatoribus et magistris novitiorum Ordinis Minorum Observantiae Reformatorum concessis, prout latius ex facti serie et decreto edito, quod a sanctissimo domino nostro approbatum fuit: nuper ex lectorum praememorati Ordinis parte eidem sanctissimo domino nostro expositum fuit, quod aliâs sub die XXI iunii MDCCIX in sacra Congregatione episcoporum et regularium, hac eadem promotâ superiorum generalium instantiâ super abolitione respective dictorum privilegiorum et indultorum, ponente clarae memoriae cardinali S. Clementis, rescriptum fuit: « Nihil esse innovandum »: proindeque ex his aliisque praetensis rationum XIII const. ed. MDCCXXI, die 5 iulii, pontif. I, denegatur praecedentia laicis in regno Siciliae.

Decretum Congregationis, in quo refertur contradictio inter superiores generales et lectores super abolitione praedictorum privilegiorum.

bus, quae a dictis lectoribus adducebantur, et in eadem Congregatione particulari exhibitae non fuerunt, non esse locum abolitioni praedictorum indulgentiarum et privilegiorum dicebatur. Hinc denuo de mandato eiusdem sanctissimi domini nostri, eadem particulari Congregatione habita die iovis xxix augusti mcccxx, et perpensis dicto decreto sacrae Congregationis episcoporum et regularium aliisque praetensis rationibus praedictorum lectorum, eminentissimi patres unanimiter fuerunt in sensu: Standum esse in decretis sub die xviii iulii proxime praeteriti. — I. D. card. PARACCIANUS. — I. archiepiscopus Damascenus, secretarius.

Confirmatio
relati decreti.

§ 2. Cum autem, sicut dilecti etiam filii superiores Ordinis praedicti nobis subinde exponi fecerunt, ipsi decretum huiusmodi, quo firmiter subsistat et servetur exactius, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communitur plurimum desiderant: nos, specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum praesentium, auctoritate apostolica, tenore praesentium, approbamus et confirmamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementum.

Clausulae.

§ 3. Decernentes, easdem praesentes litteras semper firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat et pro tem-

pore quocumque spectabit, inviolabiliter observari, sicque, etc. ¹

§ 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, etc. ²

Derogatio con-
trariorum.

§ 5. Volumus autem ut earundem praesentium litterarum transumptis, etc. ³

Fides tra-
sumptorum.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die vii septembris mcccxx, pontificatus nostri anno xx.

Dat. die 7 septembris 1720, pontif. anno xx.

CCLXXIX.

Extenditur numerus octodecim magistrorum pro provinciâ Peruvianâ Ordinis eremitarum sancti Augustini ¹.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii fratres provinciae Peruvianae Ordinis eremitarum sancti Augustini, quod, cum in eadem provinciâ numerus religiosorum auctus sit, illiusque conventus in statu satis diviti reperiantur, necnon in ultimo examine peracto religiosi habiles et capaces ad consequendum magisterii in sacra theologia gradum usque ad numerum quinquaginta, qui tamen laureâ emeritâ donari nequiverunt, ex quo in provinciâ huiusmodi octodecim magistri in eadem sacra theologia numerantur, reperti fuerint; ipsi exponentes, quo religiosi praedicti novi ad studia et virtutes stimuli addantur, nu-

Causae huius
extensionis et
provinciae pro nume-
ro quinquaginta
magistrorum.

1 Reliqua ut pag. 703 a (R. T.).

2 ~~Et~~ supra ibid. (R. T.).

3 Ut pag. 704 a (R. T.).

4 Const. ed. mcccxii, die 26 februarii, pontificatus xii, auctus fuit numerus magistrorum in provinciâ Limanâ; et Innocentii XIII const. ed. mcccxxi, die 18 novembris, pontif. i, reducitur numerus magistrorum in provinciâ Castellae.

merum magistrorum huiusmodi ad quinquaginta a nobis augeri plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Extensio nu-
meri octodecim
magistrorum ad
viginthi quatuor
tantum.

§ 2. Nos igitur, ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium, qui relationem dilectorum pariter filiorum moderatorum vicarii generalis et procuratoris generalis dicti Ordinis super praemissis eidem cardinalibus factam viderunt et iura deducta perpenderunt, consilio, octodecim magistrorum praedictae provinciae numerum pro nunc ad viginthi quatuor, auctoritate apostolica, tenore praesentium, extendimus, et in reliquis votum futuri capituli generalis exquiri mandamus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem cardinalium.

Clausulae.

§ 3. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, etc. ¹

Contrariorum
derogatio.

§ 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon provinciae et Ordinis praedictorum, etiam iuramento, etc. ²

1 Vide supra pag. 848 a (R. T.).

2 Ut pag. 703 a (R. T.).

§ 5. Volumus autem ut earundem praesentium litterarum transumptis, etc. ¹

Transumptio-
rum fees.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die vii octobris mcccxx, pontificatus nostri anno xx.

Dat. die 7 octobris 1720, pontif. anno xx.

CCLXXX.

Confirmatur concordia super divisione provinciae Insulensis Ordinis fratrum Capuccinorum ¹.

Clemens Papa XI,
ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Nuper, pro parte dilectorum filiorum ministri provincialis et definitorum provinciae Insulensis Ordinis fratrum Minorum sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum, nobis expositum fuit, quod, cum eorum provincia in locis et terris, in quibus maxima adest idiomatum diversitas, constituta sit, propter eiusmodi etiam idiomatum diversitatem, populorum utilitatem, bonum conventuum, pacem et religiosorum concordiam, et praesertim ut servitio carissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum regis christianissimi provideatur, nimirum ut tam populi quam religiosi in temporalibus sicut et in spiritualibus necessariis levamentis minime destituantur, a dilectis pariter filiis Ludovico de Jul, tunc existente defensore generali et ministro provinciali provinciae Parisiensis dicti Ordinis, ac a tunc pariter existente Carolo Maria ministro generali Ordinis huiusmodi, ad hoc spe-

Divisio provin-
ciae in Gallobel-
gicam et Flan-
drobelgicam.

1 Reliqua ut pag. 704 a (R. T.).

2 Const. ed. mcccxii, die 13 septembris, pontif. xii, constituta fuit aequalitas inter custodias provinciae Turonensis; et Benedicti XIII const. ed. mcccxxviii, die 16 decembris, pontif. v, erigitur provincia Alsatiensis.

cialiter deputatis, conventio et transactio facta, approbata et confirmata, et in capitulo mense augusti anno MDCLXXVII celebrato ab omnibus vocalibus unanimiter subscripta et hactenus sine interruptione observata fuit, itaut: I. provincia praedicta iuxta idiomatum diversitatem in duas custodias nimirum Gallo-belgicam et Flandrobelgicam dividatur eidem ministro provinciali subiectas: II. ut minister provincialis ex unaquaque custodia sit eligibilis et unaquaque custodia duos definitores nacionales habeat: III. ut in capitulo celebrato pro capitulo generali quaelibet custodia suum custodem ad capitulum generale mittendum habeat: et alias¹, prout in decreto confirmatorio conventionis praedictae plenius dicitur contineri.

Rationes petitionis confirmationis.

§ 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, nonnullis praedictam conventionem electionum utcumque libertati praedictae et sacris canonibus contrariam esse videatur, ideoque dicti exponentes, ut bona memorata procurantur, et malis alioquin resultandis occurratur, omnes et quoscumque defectus, qui in praedicta conventionem esse possunt, per nos sanari, eandemque conventionem approbari ac ratificari, electionesque in omnibus capitulis in posterum in praedicta provincia celebrandis iuxta conventionem huiusmodi fieri posse plurimum desiderant: nobis propterea exponentes praedicti humiliter supplicari fecerunt ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio requisitae curiae.

§ 3. Nos igitur, ipsos exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel

¹ Edit. Main. legit *alia* (R. T.).

ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et regularium praepositorum, qui relationem dilecti pariter filii moderni procuratoris generalis Ordinis huiusmodi super praemissis ad eosdem cardinales transmissam viderunt, consilio, memoratam conventionem, auctoritate apostolica, tenore praesentium, approbamus, et ratificamus, qualemcumque defectum forsitan in ea incursum itidem sanamus. Praeterea permittimus, iuxta petita, ut deinceps electiones in omnibus capitulis in praedicta provincia celebrandis ad instar eiusdem conventionis fiant.

§ 4. Decernentes, easdem praesentes litteras firmas, etc.¹

§ 3. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit, provinciae et Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, etc.²

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die XI Ianuarii MDCCXXI, pontificatus nostri anno XXI.

Dat. die 11 Ianuarii 1721, pontif. anno XXI.

CCLXXXI.

Confirmantur privilegia et indulta a Romanis Pontificibus universitati studii generalis et collegio doctorum Urbini concessa, cum nonnullis illorum declarationibus³.

¹ Ut supra pag. 703 a (R. T.).

² Ut supra ibid. (R. T.).

³ Privilegia et indulta huc recensentur ex constitutionibus Iulii II, Pii IV, Urbani VIII et

Clemens episcopus,
servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Inter multiplices atque gravissimas sollicitudines, quas pro communi universi christiani gregis, vigilantiae nostrae divina dispositione commissi, regimine ac utilitate dies noctesque suscipimus, illa potissimum cor nostrum vehementer pulsant et angit, ut populorum S. R. E. etiam in temporalibus subditorum commodis et prospero felicitate statui paternam charitatem consulamus, ac ea praesertim, per quae litterarum studia foventur, iuventus liberalibus disciplinis et doctrinis eruditur, iuris in primis utriusque prudentia, sine qua respublica rite gubernari nequiret, addiscitur, et recta causarum forensium cognoscendarum iustitiaeque administrandae ratio custoditur, omni adhibita ope, sedulitate et cura promoveamus. Quo quidem paterni amoris sensu si ceteras omnes pontificiae ditionis civitates merito respicimus, dignum profecto iustumque est ut civitatem nostram Urbinatensem (ubi vitae limen attingimus ac primis litterarum rudimentis imbuti fuimus, quaeque omni tempore totius Urbinatensis ducatus princeps et caput extitit, et plurimos tulit non tam bonarum artium et mathematicarum praesertim disciplinarum laude imo etiam militari gloria insignes, quam ecclesiasticarum dignitatum splendore conspicuos viros, apud quos itidem et solidae pietatis orthodoxaeque religionis cultus, ac summa in Romanos Pontifices et Apostolicam Sedem obser-

Clementis X quae infra referuntur. In huius Pontificis const. ed. MDCCXX, die 12 Iulii, pontif. XX, extat prohibitio extrahendi libros ex publicâ bibliothecâ; et Innocentii XIII const. ed. MDCCXXI, maii, pontif. I, confirmatur praesens constitutio.

vantia et studium semper enituit) propensiori quodam affectu, naturam ipsam dictante, respiciamus, ac unice in Christo diligamus. Nec minus aequum arbitramur et congruum, ut universitatem quoque studii generalis illic apostolicam auctoritate erectam, in qua nos olim lauream doctoralem accepimus, ac insuper collegium iuris utriusque doctorum ibidem pari auctoritate institutum, unde viri saepenumero prodierunt doctrinae famam celebres illustriumque innumerum ab ipsis recte gestorum merito commendati, cui nos etiam adscriptos aliquando fuisse non sine voluptate meminimus, paternam dilectione complectamur, gratiaeque voluntatis nostrae ac simul pontificiae largitatis significationibus prosequamur.

§ 1. Quocirca, plurium Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, qui patrias suas insignibus maximisque beneficiis ornarunt, morem exemplumque secuti, inter ipsa pontificatus nostri primordia, considerantes praedictam patriam nostram dilectissimam ingenti quadraginta millium aureorum aere alieno, cui infelix superiorum temporum conditio et publicae necessitates causam praebuerunt, gravari ac fere opprimi, et ob publicorum proventuum tenuitatem nedum omni prorsus carere spe illud unquam dissolvendi, sed etiam oneri annuorum eius fructuum ferendo longe imparem esse, aequum proinde munerique nostro consentaneum duximus rationem inire, qua gravissimo huic malo occurreretur; institutoque ex pecuniis a nobis ante aliquos annos collatis multiplico, cuius administratio a viris ad id a nobis delectis summam fide ac industriam hactenus gesta fuit, eam iam pecuniarum summam conflavimus quae memorato aeri alieno penitus extinguendo satis erit, huncque in usum

A Clemente XI dicta civitas ab aere alieno fuit soluta.

quamprimum iussu nostro, benedicente Domino, erogabitur.

§ 2. Praeterea metropolitanam eiusdem civitatis Urbinatensis ecclesiam, in qua sacris baptismi aquis abluti fuimus, magnifico atque praenobili altari, aeneis ornamentis, antiquis marmoribus et lapidibus versicoloribus selectissimis ex-culto, sub quo sacrum corpus S. Crescentini martyris, ipsius civitatis protectoris, reconditum est, sex ibidem praegrandibus candelabris cum cruce aliisque vasis argenteis elegantissime elaboratis, multā et sumptuosā omnis generis suppellectile in usum sacri ministerii, geminis attalicis stragulis magni pretii, totidemque a celebrioribus aevi nostri pictoribus delineatis atque confectis tabulis decorari nostrā pariter et quidem maximā impensā curavimus.

§ 3. Exiguum insuper nec praefatae metropolitanae ecclesiae dignitati parem beneficiatorum illi inservientium numerum auximus, congruāque dote instruximus; canonicales proventus, antea admodum tenues, certā annuā quingentorum aureorum super fructibus et redditibus quibuscumque monasterii S. Mariae de Claravalle, nullius, seu Senogalliensis dioecesis, in perpetuum assignatā pensione, amplificavimus; sacrum in usum canonicorum a fundamentis ereximus et congruis armariis pro sacrorum suppellectilium decenti custodiā exornavimus; archiepiscopales aedes, angustas et collabentes, refecimus ac ampliavimus; collegium itidem, in quo nobiles adolescentes, tum indigenae tum etiam exteri, bonis artibus honestisque moribus a doctis piisque magistris sedulo instituuntur, fere in medullis civitatis a fundamentis excitavimus.

§ 4. Publicam quoque bibliothecam in conventu fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupato-

rum, ad usum et commoditatem eorumdem fratrum ac civium et incolarum quorumcumque ipsius civitatis necnon studiosorum ad praefatam universitatem studii generalis confluentium, institui-mus, non modicā pecuniarum summā in id optis erogata, praesertim in constructionem fabricae eiusdem bibliothecae, eamque non modo scriniis seu forulis nuceo ligno decenter elaboratis ac filo aereo reticulato munitis, verum etiam pluribus codicibus ad omnes prope scientias et artes tum liberales tum mechanicas spectantibus, sive per nos emptis, sive e domesticā nostrā bibliothecā extractis, qui¹, ultra nonnullos in antiquā dicti conventus bibliothecā existentes, ac alios plures, quos bonae memoriae Alexander Fidelis, dum viveret, episcopus Aesinus, eiusmodi nostrae in suam aequae ac nostram patriam beneficae voluntatis probe conscius, in suis supremis tabulis dispositioni nostrae hoc consilio reliquerat, in scriniis huiusmodi iam collocati et congrue dispositi reperiuntur, instrui fecimus; illisque nuper alios etiam codices, praesertim ad artem medicam pertinentes, quos quondam Ioannes Maria Lancisius, dum vixit, cubicularius et medicus noster secretus, propenso in eandem patriam nostram animo, dictae bibliothecae legaverat, addi iussimus, quin imo etiam in posterum eandem bibliothecam aliis codicibus, seu voluminibus, dum, benedicente Domino, vita suppetet, augere intendimus, ut exinde memorati fratres, cives, incolae et studiosi bonarum ac praesertim sacrarum litterarum laudabilemque disciplinarum studiis commodius ac impensius vacare uberioresque in eis progressus facere valeant.

§ 5. Ad haec praefatae patriae nostrae

¹ Vide supra pag. 843 b; male edit. Main. legit ut pro qui (R. T.).

duo fixa loca in Rotis Perusiae et Maceratae civibus assignata, mone frumentarius erectus.

moenia pluribus in locis collapsa aut collabentia instauravimus; eius insuper civibus iuris utriusque doctoribus certum fixumque locum inter auditores tribunalium, quae Rotae nuncupantur, civitatum nostrarum Perusiae et Maceratae in perpetuum assignavimus; ac non ita pridem pium montem frumentarium cum dote septingentorum modiorum frumenti, qui quotannis mutuo pauperibus dari debeant, ad hoc ut eiusmodi subsidio propriis necessitatibus consulere possint et agri praesertim culturam deserere non cogantur, certis pro rectā illius administratione sancitis legibus, ereximus atque fundavimus; pluribusque aliis nec vulgaribus beneficiis tum eandem patriam nostram, tum etiam peculiare illius cives hactenus prosecuti sumus, et ad extremum usque vitae nostrae spiritum, adiuvante Domino, prosequi non desinemus.

Referuntur privilegia universitati et collegio doctorum a Pontificibus concessa.

§ 6. Nunc vero ad universitatem studii generalis et ad collegium iuris utriusque doctorum, in eadem Urbinatensi civitate dudum, ut praefertur, erecta, apostolicae nostrae considerationis intuitum convertentes, et gratum nostrum erga ipsa animum profiteri testatumque facere cupientes, aequum in primis ducimus iis, quae a pluribus Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris ad illorum decus, ornamentum ac utilitatem provide atque sapienter constituta fuerunt, apostolicae nostrae confirmationis robur adicere, aliaque desuper statuere atque disponere quemadmodum in Domino conspicimus salubriter expedire.

Epitome saquentis constitutionis Iulii II.

§ 7. Cum itaque, sicut accepimus, felicis recordationis Iulius II Romanus Pontifex, praedecessor noster, institutionem praefati collegii a quondam Guido Ubaldo Urbini duce factam¹ pro cogni-

¹ Edit. Main. legit factum (R. T.).

tione causarum tam ecclesiasticarum quam profanarum totius Urbinatensis ditionis in secundā et tertiā instantiis (causis mere ecclesiasticis dumtaxat exceptis) benigne approbaverit et confirmaverit, ac regulam in eiusmodi causarum decisione servandam praescripserit, pluraque alia in favorem eiusdem collegii disposuerit per suas anno MDVII, XII kalendas martii, sub plumbo expeditas litteras, quarum tenor est qui sequitur, videlicet:

§ 8. Iulius episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad sacram beati Petri Sedem divinā dispositione sublimate, singulis, quae pro personarum nobis et Apostolicae Sedi devotarum pace, commodo et tranquillitate profutura fore conspicimus, apostolicae providentiae sollicitudinem libenter intendimus, et ad felicem eorum prosecutionem et confirmationem, cum a nobis petitur, opem et operam impendimus efficaces. Sane exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Guidobaldi ducis Urbinatensis et universorum subditorum eius petitio continebat, quod, licet olim felicis recordationis Alexander Papa VI praedecessor noster, cupiens indemnitati universorum subditorum ducatus Urbinatensis consulere, ipsum ducatum Urbinatensem et civitatem Senogalliensem, illiusque districtum, ab omni iurisdictione rectoris provinciae Marchiae Anconitanae segregaverit et separaverit, ac certum collegium doctorum, Rotam nuncupatam, in Romandiola instituerit, ad quos¹ omnes causae appellationum in quibuscumque causis ecclesiasticis et profanis devolverentur, ordinaverit, et quod propter temporum condiciones huiusmodi institutio effectum sortita non fuerit; nihilominus idem dux, etiam cu-

Constitutio Iulii II, qua confirmatur oratio collegii traditam olim doctrinam, quibus praescribitur regula in decidendis causis.

¹ Videtur legendum ad quod (R. T.).

Metropolitana ecclesia praenobili altari aeneisque suppellectili sumptuosā ditata.

Eiusdem ecclesiae canonicales proventus aucti, aedes archiepiscopales ampliatas, collegium extruendum.

Bibliotheca in conventu S. Francisci ad publicum usum erecta.

Moedia civilis restaurata

piens indemnitatibus et commoditatibus dictorum subditorum suorum providere, in civitate Urbinatensi unum collegium tredecim doctorum instituit, et quod coram eis omnes et singulae causae ecclesiasticae et profanae tractarentur et definirentur, etiam ordinavit. Quare pro parte ducis et subditorum huiusmodi, necnon etiam dilecti filii nobilis viri Francisci Mariae, urbis praefecti, nobis fuit humiliter supplicatum, ut institutioni et ordinationi collegii tredecim in legibus et decretis doctorum huiusmodi apostolicae confirmationis robur adiacere, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos, qui nostrorum S. R. E. subditorum commoditatibus intendimus, et, quantum cum Domino possumus, ipsos ab expensis et oneribus relevamus, necnon praefati ducis propositum plurimum in Domino commendantes, institutionem et ordinationem praedictas, auctoritate apostolica, tenore praesentium, confirmamus et approbamus, ac quod in secunda et tertia instantia omnes causae tam ecclesiasticae quam profanae et mixtae ac beneficiales (meritis ecclesiasticis dumtaxat exceptis) ducatus in¹ domini temporalis praefati nunc et pro tempore existentis, tam ratione ducatus praefati nunc et pro tempore existentis, quam aliorum eius dominorum quorumcumque, coram dicto collegio tredecim doctorum, eisdem modo et forma quibus coram rectore provinciae Marchiae huiusmodi tractantur, tractentur et finiantur (ita tamen, quod causae praefatae non possint expediri nec terminari nisi de voto et consensu maioris partis doctorum dicti collegii, et alias sententiae latae non teneant, quae vota secrete et sigillatim

praestare¹ debeant; quodque, etiamsi contingeret aliquem seu aliquos ex doctoribus dicti collegii exinde se absentare, quod per tunc praesentes factum et terminatum fuerit, perinde valeat ac si omnes interfuissent, dummodo absentes ultra dimidiam partem non existant; ac etiam quod causae appellationum quarumcumque, per subditos praefati ducis a quibuscumque sententiis pro tempore interpositarum, ad ipsum collegium interpositae sint et esse censeantur, nisi forsitan a sententiis ipsius collegii appellatum fuerit, quo casu tunc ad Sedem Apostolicam appellari valeat) eadem auctoritate statuimus et ordinamus: ipsosque subditos, necnon ducatum et Statum Urbinatensem, ac etiam Statum et civitatem Senogallensem, ab omni iurisdictione et superioritate rectoris dictae provinciae Marchiae, necnon Bononiensi et Perusina legationibus, prorsus eximimus et segregamus ac liberamus: et insuper eidem collegio, ut, in causis huiusmodi decidendis et finiendis, eisdem praerogativis, indulgiis et ordinationibus utatur, potiat et gaudeat, quibus dictus rector praefatae provinciae utitur et uti consuevit, praefata auctoritate concedimus: statuta quoque et ordinationes per dictum collegium in causis decidendis et terminandis edita, dummodo sint licita et honesta et sacris canonibus non obviantia, dicta auctoritate confirmamus et approbamus, ipsique collegio nova statuta, quatenus sint licita et honesta, condendi eadem auctoritate licentiam largimur et facultatem. Non obstantibus apostolicis, necnon dictae provinciae specialibus et generalibus constitutionibus et ordinationibus quibus², etiamsi de illis eorumque totis tenoribus pro illorum sufficienti

¹ Infra legitur *praestari* (R. T.).

² Vocem *quibus* nos addimus (R. T.).

¹ Ex bulla seq. Pii IV leg. et pro in (R. T.).

derogatione specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, seu de verbo ad verbum, mentio seu quaevis alia expressio habenda foret, illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus; quodque collegium huiusmodi nondum ad numerum tredecim doctorum deventum est; ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, approbationis, statuti, ordinationis, exemptionis, segregationis, liberationis, concessionis, elargitionis et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae MDVII, XII kalendas martii, pontificatus nostri anno v.

Epistola sequentis constitutionis Pii IV.

§ 9. Ac subinde recolendae memoriae Pius Papa IV etiam praedecessor noster (postquam Urbinatensem ecclesiam in metropolitanam erexerat cum archiepiscopali dignitate et omnimoda iurisdictione ac superioritate, necnon illi Calliensem, Senogallensem, Pisaurem, Forosempronensem, Feretranam, et Eugubynam, civitates et dioeceses, quibus postmodum felix itidem recordationis Urbanus VIII etiam praedecessor noster Urbaniensem et S. Angeli in Vado civitates et dioeceses adiecit, cum earum districtibus et territoriis, ac praesules pro tempore existentes pro suffraganeis episcopis, necnon capitula, clerum et populum civitatum et diocesum earumdem, perpetuo concesserat et assignaverat), cum orta fuisset contentio inter bonae memoriae Felicem, tunc ar-

chiepiscopum Urbinatensem, et bonae memoriae Iulium S. Petri ad Vincula, dum viveret, S.R.E. cardinalem de Urbino nuncupatum, cui regressus ad dictam ecclesiam Urbinatensem per ipsius Felicis archiepiscopi decessum, ac in certis aliis tunc expressis eventibus, auctoritate apostolica concessus fuerat, ex una, necnon collegium doctorum eiusdem civitatis, ex altera partibus, super iurisdictione seu administratione iustitiae in omnes praesules, clerum et populum civitatum praedictarum, quam Felix archiepiscopus et Iulius cardinalis memorati praetextu erectionis huiusmodi ad se spectare, collegium vero vigore litterarum Iulii praedecessoris sibi concessam¹ fuisse, et, quia in dicta erectione de privilegiis ac indultis ipsi collegio ut praemittitur concessis nulla mentio facta extiterat, nullatenus archiepiscopo Urbinatensi competere, nec illius iurisdictionem ad causas appellationum interponendarum a sententiis latis per Ordinarios in foro ecclesiastico, cum iurisdictione ipsa eidem collegio prius concessa fuisset, se extendere posse asserebant; ac, ad tollenda plurima scandala, quae ex eiusmodi contentione facile oriri poterunt², Iulius cardinalis et Felix archiepiscopus praefati necnon dictum collegium, medio ac opera dicti Guidobaldi tunc ducis Urbini, devenissent ad quandam concordiam seu transactionem, cuius vigore conventum stabilitumque fuit, quod collegium et illius doctores cederent archiepiscopo Urbinatensi pro tempore existenti in cognoscendis et decidendis primis appellationibus suorum suffraganeorum venientibus a foro ecclesiastico ut supra, et secundas appellationes seu tertias illarum instantias sibi reservarent, quodque omnes, qui ap-

¹ Edit. Main. legit *concessum* (R. T.).

² Videtur legendum *poterant* (R. T.).

pellarent a sententiis praefati archiepiscopi, seu eius vicarii, inter illius dioeceseos videlicet in primâ, vel inter suffraganeos aut cum fisco suae ecclesiae vel aliorum suffraganeorum in secundâ instantiâ latis, ut supra, intelligerentur appellasse ad ipsum collegium, privilegiis et indultis apostolicis tam archiepiscopo quam collegio huiusmodi ut praefertur concessis quoad reliqua omnia salvis prorsus ac illaesis: memoratus Pius praedecessor huiusmodi concordiam seu transactionem amplissime approbaverit et confirmaverit per suas anno MDLXIII, XIII kalendas martii, sub plumbo expeditas litteras tenoris sequentis, videlicet:

Constitutio Pii IV in qua refertur supra relata Iulii II constitutio.

§ 10. Pius episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex solitâ Apostolicae Sedis providentiâ, ea, quae pro bono pacis et concordiae inter personas quaslibet ac praesertim cardinalatus et pontificali dignitate praeditas concordiam terminata fuisse dicuntur, ne in recidivae contentions scrupulum dilabantur, quaeque in iustitiae praesidentium favorem, commoda et decus per praedecessores nostros Romanos Pontifices concessa fuisse dicuntur, ut maioris roboris firmitatem obtineant et perpetuo illibata persistent, libenter, cum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus, ac desuper disponimus prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane nobis nuper pro parte dilectorum filiorum collegii tredecim doctorum nuncupati Urbinatensis exhibita petito continebat, ac dilectus filius S. Petri ad Vincula diaconus cardinalis de Urbino nuncupatus ac venerabilis frater Felix modernus archiepiscopus Urbinatensis et magister domus necnon praelatus domesticus noster exposuerunt, quod alias (felicitis recordationis Iulio Papae II praedecessori nostro pro

parte Guidobaldi tunc Urbini ducis ac universorum eius subditorum exposito, quod, licet antea piae memoriae Alexander Papa VI etiam praedecessor noster, tunc saevus, cupiens indemnitati universorum subditorum ducatus Urbinatensis consulere, ipsum ducatum Urbinatensem ac civitatem Senogalliensem illiusque districtum ab omni iurisdictione rectoris provinciae Marchiae Anconitanae segregavisset, ac certum collegium doctorum, Rotam nuncupatum, in Romandiola instituisset, quodque omnes causae appellationum in quibuscumque causis ecclesiasticis et profanis devolverentur ad illud ordinasset, et quod propter temporum conditionem institutio huiusmodi suum sortita effectum non fuisset; nihilominus idem dux, etiam cupiens indemnitatibus et commoditatibus dictorum suorum subditorum providere, in civitate Urbini unum collegium tredecim doctorum instituerat, et, quod coram eis omnes et singulae causae ecclesiasticae et profanae tractarentur ac definirentur, etiam ordinaverat) praefatus Iulius praedecessor, ducis ac subditorum huiusmodi, necnon etiam bonae memoriae Francisci Mariae tunc almae Urbis praefecti supplicationibus inclinatus, institutionem ac ordinationem huiusmodi auctoritate apostolicâ per suas litteras confirmavit et approbavit, quodque in secundâ et tertiâ instantiâ omnes causae tam ecclesiasticae quam profanae et mixtae et beneficiales (mere ecclesiasticis dumtaxat exceptis) ducatus et domini praefatorum, tunc et pro tempore existentis ducis et subditorum suorum huiusmodi tunc et pro tempore existentium, tam ratione dicti ducatus quam aliorum eiusdem dominiorum quorumcumque, coram dicto collegio tredecim doctorum, ac eisdem modo et formâ quibus coram rectore dictae provinciae

tractabantur, tractarentur et finirentur; (ita tamen quod causae ipsae non possent expediri nec terminari, nisi de voto et consensu maioris partis doctorum collegii huiusmodi, alias sententiae latae non tenerent, quae vota sigillatim et secreta praestari deberent; quodque, etiamsi contingeret aliquem seu aliquos ex doctoribus praefati collegii ab eo se absentare, id, quod per tunc praesentes factum ac determinatum foret, perinde valeret, ac si omnes interfuisent, dummodo absentes ultra dimidiam partem non existerent; ac etiam quod causae appellationum per subditos praefati ducis a quibuscumque sententiis pro tempore interpositarum ad ipsum collegium interpositae essent et censerentur, nisi forsitan a sententiis ipsius collegii appellatum foret, quo casu tunc ad Sedem Apostolicam appellari posset) dictâ auctoritate statuit et ordinavit, ipsosque subditos, necnon ducatum et statum Urbinatensem, ac dictam civitatem, et etiam statum Senogalliensem ab omni iurisdictione et superioritate rectoris dictae provinciae Marchiae, necnon Bononiensi et Perusensi legationibus, prorsus exemit et segregavit ac liberavit; et insuper eidem collegio, quod, in causis huiusmodi decidendis et finiendis; eisdem praerogativis, indultis ac ordinationibus uteretur, potiretur et gauderet, quibus praefatus rector provinciae huiusmodi utebatur, ac uti consueverat, praefatâ auctoritate concessit; statuta quoque et ordinationes, per dictum collegium in causis huiusmodi decidendis et terminandis edita, eadem auctoritate approbavit et confirmavit; necnon ipsi collegio nova statuta condendi licentiam et facultatem elargitus fuit, prout in ipsis Iulii praedecessoris litteris desuper confectis plenius dicitur contineri: et deinde, sicut eadem expositio nobis facta

subiungebat (postquam nos dudum ex certis rationalibus causis ecclesiam Urbinatensem, cui etiam tunc praefatus Felix tunc episcopus Urbinatensis praererat, in metropolitanam ecclesiam cum archiepiscopali dignitate, ac omnimodâ iurisdictione et superioritate per alias nostras litteras perpetuo erexeramus, necnon illi Calliensem, Senogalliensem, Pisaurem, Forosempronensem, Ferefranam et Eugubinam civitates et dioeceses in ducatu et dominio praefatis consistentes, cum illarum districtibus et territoriis, ac praesules pro tempore existentes pro suffraganeis episcopis, necnon capitula, clerum et populum civitatum et dioecesium earumdem etiam perpetuo concesseramus et assignaveramus, ipsosque praesules, clerum et populum, quoad omnia metropolitana et archiepiscopalia superioritatem, iurisdictionem ac iura, pro tempore existenti archiepiscopo Urbinatensi subiectos fore, et tanquam membra capiti obsequentes, per eos de archiepiscopalibus iuribus responderunt¹ volueramus, prout in eisdem litteris nostris etiam latius continetur²), ortâ contentione et controversiâ inter Felicem archiepiscopum et collegium Urbinatensem necnon etiam Iulium cardinalem, praefatos, cui regressus ad dictam ecclesiam Urbinatensem per ipsius Felicis archiepiscopi decessum, ac forsitan in certos alios tunc expressos eventus, auctoritate praedictâ concessus extitit, super iurisdictione seu administratione iustitiae in omnes praesules, clerum et populum civitatum huiusmodi, quam archiepiscopus et Iulius cardinalis praetextu erectionis ad se spectare, collegium vero vigore litterarum Iulii praedecessoris huiusmodi sibi concessam

¹ Potius respondere, ceterum syntaxis valde perplexa est (R. T.).

² Male edit. Main. legit continentur (R. T.).

fuisse, et, quia in dictâ erectione de privilegiis et indultis ipsi collegio ut praemittitur concessis nulla mentio facta extiterat, nullatenus archiepiscopo Urbinatensi praefato competere, nec iurisdictionem praefati archiepiscopi ad causas appellationum interponendarum per suffraganeos illius a sententiis latis per Ordinarios in foro ecclesiastico, cum iurisdictione ipsa eidem collegio concessa prius extitisset, se extendere ostendi posse asserebant; cumque ex hac contentione scandala plurima oriri posse dubitarent: Iulius cardinalis et Felix archiepiscopus praefati volentes, ut bonos decet praesules, fomenta dissensionum et scandalorum, quae inter ipsos et collegium huiusmodi occasione iurisdictionis praefatae de facili suscitari possent propter concursum et studium praeveniendi, in totum tollere et extirpare, tam eorum propriis quam successorum suorum archiepiscoporum Urbinatensium nominibus infrascriptam cum dicto collegio inierunt concordiam et conventionem medio et operâ dilecti filii nobilis viri Guidobaldi moderni ducis Urbini (videlicet: quod collegium et illius doctores cederent archiepiscopo Urbinatensi pro tempore existenti in cognoscendis et decidendis primis appellationibus suorum suffraganeorum venientibus a foro ecclesiastico ut supra, et secundas appellationes, seu tertias illarum instantias, sibi reservarent; quodque omnes, qui appellarent a sententiis praefati archiepiscopi, seu eius vicarii, inter eius dioecesanos videlicet in primâ, vel inter suffraganeos aut cum fisco suae ecclesiae vel aliorum suffraganeorum in secundâ instantiis latis, ut supra, intelligerentur appellasse ad ipsum collegium, privilegiis, indultis et concessionibus apostolicis, tam archiepiscopo quam collegio huiusmodi, ut praemittitur,

concessis et factis, quoad reliqua omnia salvis et illaesis, ac in suo pleno robore permanentibus; necnon forsitan aliâs partes ipsae verbo vel in scriptis convenerunt; pepigerunt et concordarunt), et, ut conventio et concordia necnon pactio huiusmodi eorum successores praefatos adstringerent et obligarent, illa omnia suprascripta approbati et confirmari voluerunt. Quare Iulius cardinalis et Felix archiepiscopus, ac collegium, necnon Guidobaldus dux, praefati, nobis humiliter supplicarunt ut conventioni et concordiae, ac, sine illarum praeiudicio et laesione, statutis, ordinationibus, exemptioni, segregationi, liberationi, concessionem, confirmationem praedecessoris huiusmodi, pro illarum subsistentiâ firmiori, robur apostolicae firmitatis adiacere, aliaque in praemissis opportuna providere de benignitate apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui singulorum, ac praesertim venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium et praelatorum domesticorum Urbis¹, prout possumus, libenter annuimus, veriores dictae concordiae et conventionis, necnon statutorum, ordinationum, exemptionis, segregationis, liberationis, concessionis et confirmationis praedictarum tenores praesentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, conventionem et concordiam praefatas, etiamsi in scriptis non extant, sed verbis dumtaxat inita sint, ac, sine earum praeiudicio et laesione, statuta, ordinationes, exemptionem, segregationem, liberationem, concessionem et confirmationem, necnon litteras Iulii praedecessoris huiusmodi, et, prout illas concernunt, omnia et singula in eisdem concordia et litteris Iulii praedecessoris contenta, ac exinde secuta quae-

¹ Coniunct. et nos addimus (n. r.).

² Legendum votis pro Urbis (n. r.).

cumque, apostolicâ auctoritate, tenore praesentium approbamus et confirmamus, necnon eis plenum robur firmitatis adiacimus, omnesque et singulos iuris et facti defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, supplemus, necnon illa valida et efficacia fore et esse, ac per eosdem praemissos, et alios ad quos spectat et spectabit in futurum, observari debere, nec ab illis ullo unquam tempore resilire posse, sed modernum archiepiscopum et successores suos ac collegium praefatos ad illorum totalem observationem teneri et obligatos fore, necnon quibusvis iuris et facti opportunis remediis ad id cogi et costringi posse; et ita per quoscumque iudices et commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiti debere; necnon ex tunc, si secus super iis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit, irritum et inane decernimus et declaramus: non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictae ecclesiae Urbinatensis, iuramento, confirmatione apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis ac litteris apostolicis, eisdem archiepiscopo et collegio, ac quibusvis aliis, quomodolibet, etiam motu simili, concessis, approbatis et innovatis; quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus et formis specialis, specifica, expressa et individua mentio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis et formâ in illis tradita observatâ inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis

habentes, illis aliâs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, decreti, declarationis et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno incarnationis dominicae MDLXIII, XIII kalendas martii, pontificatus nostri anno v.

§ 11. Postmodum vero idem Pius Papa IV, antedictum collegium doctorum amplioribus privilegiis et gratiis ornare volens, duos singulis annis in poësi doctos poëticâ laureâ decorandi, necnon eos, quos praevio diligenti examine idoneos ac sufficientes comperisset, ad doctoratus in iure tam canonico quam civili, et baccalaureatus, licentiatursae ac magisterii in medicinâ vel aliâ licitâ facultate gradus promovendi, notarios itidem publicos seu tabelliones et iudices ordinarios, praevio simili examine idoneos repertos, creandi, nothos etiam, spurios, incestuosos, manseros, et ex quocumque illicito coitu procreatos, legitimandi, et ad primaeva naturae iura, perinde ac si de legitimo matrimonio nati essent, restituendi, nobiles insuper seu etiam milites et equites deauratos faciendi et constituendi, amplam praefato collegio licentiam, facultatem, et auctoritatem concesserit ac indulserit suis anno MDLXIV, IX kalendas martii, in simili formâ expeditis litteris, quarum tenor est qui sequitur, videlicet:

§ 12. Pius episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sedes Apostolica, gratiarum abundantissima ma-

Epitome sequentis aliorum constitutionum Pii IV.

Constitutiones Pii IV quae collegio variae tribuuntur facultates.

ter ac illarum solertissima dispensatrix, doctorum hominum collegiis amplas facultates interdum tribuere consuevit, ad hoc ut eius munera, per multorum peritorum maturam deliberationem et prudens iudicium, non nisi personis benemeritis conferantur ac distribuuntur. Hinc est quod nos (qui accepimus olim clarae memoriae Guidobaldum Urbini ducem, commoditatibus et indemnitatibus universorum subditorum suorum providere cupientem, in civitate Urbini unum collegium tredecim doctorum forsitan nuncupatum, coram quibus omnes et singulae totius ducatus ac domini pro tempore existentis Urbinatensis ducis et subditorum praefatorum causae ecclesiasticae et profanae necnon etiam mixtae tractarentur et definirentur, instituisse, illudque per felicis recordationis Iulium PP. II praedecessorem nostrum, ac etiam per nos et forsitan alios Romanos Pontifices, etiam praedecessores nostros, approbatum et confirmatum extitisse, ac illi nonnulla privilegia, concessionem et indulta, quibus ipsi doctores circa decisiones et expeditiones causarum uti deberent, auctoritate apostolica concessa fuisse), idem collegium eiusque doctores amplioribus favoribus et gratiis prosequi ac decorare volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis pro eis desuper oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, collegio et doctoribus huiusmodi nunc et pro tempore existentibus, ad instar nonnullorum aliorum Italiae collegiorum, in perpetuum duos singulis annis in poësi doctos poëtica laurea decorandi et insigniendi, necnon eos, quos in iure canonico et civili seu altero eorum studuisse, in eisque seu eorum altero per diligentem examinationem scientiam et moribus idoneos ac sufficientes esse invenerint, in utroque seu altero iurium

huiusmodi, aut medicina vel alia licita facultate studuisse, et similiter, per diligentem examinationem duorum vel trium per eos eligendorum doctorum seu magistrorum vel licentiarum facultatis, in qua studuerint, coram eis habendam, ac fidelem magistrorum seu doctorum eorumdem attestationem medio iuramento eis faciendam, peritos ac scientiam et moribus ad hoc idoneos sufficientesque esse repererint, de eorumdem doctorum seu magistrorum vel licentiarum consilio et assensu, ac eorum votis iuratis, in artibus, aut medicina, vel alia licita facultate huiusmodi, ad baccalaureatus, licentiatum, doctoratus et magisterii gradus promovendi, ac in eis legendi, disputandi et interpretandi, necnon alios actus ad personas in huiusmodi gradibus constitutas quomodolibet pertinentes faciendi, auctoritatem concedendi, et ipsorum graduum solita insignia eis exhibendi, necnon eos, quos ad hoc idoneos et fideles ac in litteratura sufficientes esse repererint, in notarios publicos seu tabelliones et iudices ordinarios, recepto prius ab eis, iuxta formam praesentibus annotatam, solito iuramento, creandi, ac de notariatus et tabellionatus ac iudicatus officii huiusmodi per pennam et calamare, ut moris est, investiendi, necnon nothos, bastardos, naturales, spurios, incestuosos et manseros, copulative vel disiunctive, ex quocumque illicito coitu procreatos, tam praesentes quam absentes, viventibus seu etiam mortuis eorum parentibus (ita ut ad paternam et alias successiones bonorum quorumcumque suorum agnatorum, cognatorum et attinentium, sine praeiudicio tamen

1 Mibi videntur quaedam excidisse, et forsitan legend. necnon eos, quos in artibus aut (R. T.).

2 Forsitan legendum ac eis (R. T.).

3 Videtur legendum officii (R. T.).

venientium ab intestato, admitti, et in illis succedere, necnon ad honores, dignitates, status, gradus et officia saecularia publica et privata quaecumque recipi et admitti, illaque gerere et exercere libere et licite possint et valeant, ac si de legitimo matrimonio procreati essent), servata tamen forma litterarum nostrarum desuper editarum, legitimandi, ac ad primaeva ac legitima naturae iura, et quoslibet actus legitimos restituendi et reducendi, necnon nobiles, seu etiam milites, vel etiam equites deauratos, ut pro fide, iustitia et religione pugnent hortando, faciendi, creandi et constituendi, eisque insignia et arma, in similibus dari solita, dandi et concedendi, necnon ipsos nobilitatis equestribus insigniis decorandi, dicta auctoritate, tenore praesentium, licentiam, facultatem et auctoritatem concedimus et indulgemus. Non obstantibus quibusvis apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis, generalibus vel specialibus, constitutionibus et ordinationibus, necnon legibus imperialibus, ac statutis et consuetudinibus, etiam municipalibus, civitatum et locorum in quibus ipsi legitimandi fuerint, iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, illis praesertim, quibus caveri dicitur expresse, quod naturales et bastardi legitimari non possint nisi de consensu legitimorum et naturalium, necnon quibus Cancellariae Apostolicae regulis per nos et Sedem eandem in contrarium haecenus editis et in posterum edendis, ac privilegiis, indultis et litteris apostolicis, etiam quibusvis universitatibus, studiorum generalium collegiis, et quibusvis aliis locis, etiam motu simili, et ex certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, etiam de consilio eiusdem Romanae Ecclesiae

1 Videtur legendum quibusvis (R. T.).

cardinalium, concessis et confirmatis, ac in posterum concedendis et confirmandis; quibus omnibus et singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus et formis specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque. Forma autem iuramenti, quod notarii, tabelliones et iudices, per ipsos collegium et doctores ut praefertur creandi huiusmodi, praestabunt, talis est: « Ego N. de N., clericus N., ab hac hora in antea fidelis ero beato Petro et S. R. E. ac domino meo Pio Papae IV et successoribus suis canonice intransibus, non ero in consilio, auxilio, consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum, vel capiantur mala captione, consilium, quod mihi per se vel litteras aut nuncium manifestabunt, ad eorum damnum scienter nemini pandam, si vero ad meam notitiam aliquid devenire contingat quod in periculum Romani Pontificis aut Ecclesiae Romanae vergeret seu grave damnum, illud pro posse impediam, et, si hoc impedire non possem, procurabo bona fide id ad notitiam domini Papae perferri, Papatum Romanum et regalia S. Petri ac iura ipsius Ecclesiae specialiter, si qua eadem Ecclesia in civitate vel terra, de qua sum oriundus, habeat, adiutor eis ero ad defendendum et detinendum seu recuperandum contra omnes homines, tabellionatus officium fideliter exercebo, contractus, in quibus

exigitur consensus partium, fideliter faciam nil addendo vel minuendo sine voluntate partium quod substantiam contractus immutet, si vero in conficiendo aliquod instrumentum unius solius partis sit requirenda voluntas, hoc ipsum faciam, ut scilicet nil addam vel minuanam quod immutet facti substantiam contra voluntatem ipsius, instrumentum non conficiam de aliquo contractu, in quo sciam intervenire seu intercedere vim vel fraudem, contractus, in protocollum redigam, et, postquam in protocollum redegero, malitiose non differam contra voluntatem illorum vel illius, quorum seu cuius est contractus super eo publicum conficere instrumentum, salvo meo debito et consueto salario. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei evangelia. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam nostrae concessionis, indulti et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae MDLXIV, IX kalendas martii, pontificatus nostri anno V.

Epitome sequentis constitutionis Urbani VIII.

§ 13. Deinde memoratus Urbanus VIII praedecessor noster (ne dubitari contingeret an eiusmodi privilegia a Iulio II et Pio IV concessa praefato collegio per obitum quondam Francisci Mariae ultimi ducis Urbini et devolutionem illius ducatus ad Sedem Apostolicam adhuc durarent vel expirassent) ipsi collegio facultatem ac auctoritatem cognoscendi et iudicandi causas appellationum tam ecclesiasticas quam laicales omnium et quorumcumque iudicum ducatus et legationis Urbinatensis (exceptis tamen beneficialibus, ac iis quae, iuxta dispositionem Concilii Tridentini, vel alias,

de iure essent inappellabiles) in secundis seu tertiis instantiis, ac in omnibus illis in quibus daretur appellatio postquam iudicatae fuissent a iudicibus ordinariis, appellationum, ubi existerent, et nonnullis adiectis declarationibus et dispositionibus tam circa electionem et numerum doctorum volantium et supernumerariorum eiusdem collegii, quam circa modum ab ipsis in eiusmodi causarum decisione servandum, concesserit ac impertitus fuerit; praeterea expresse decreverit ac disposuerit ut in praemissis causis appellationum tam ecclesiasticis quam laicalibus ad collegium spectantibus appellari non posset, *omisso medio*, et, si appellari contingeret, nullus iudex se ingerere deberet nisi in vim specialis commissionis Romani Pontificis pro tempore existentis manu signatae, alias licitum esset eidem collegio ad ulteriora procedere non obstante quacumque inhibitione et absque alicuius poenae incursum, ipsumque collegium reassumere, inhibere et exequi posset prout de iure, ac, ubi collegium iudicasset in casu quo dari deberet appellatio, tunc eius cognitio seu commissio ad existentem pro tempore in eisdem partibus Apostolicae Sedis legatum pertineret; ac insuper eidem collegio statuta super modo cognoscendi causas et pro felici ipsius gubernio necessaria et opportuna condendi, et, quoties sibi videretur, immutandi ac innovandi, salva tamen semper approbatione dicti legati sive eius vicelegati, facultatem pariter concesserit ac indulserit; necnon doctorandi, et alia privilegia eidem collegio competentia, dummodo essent in usu, et non essent revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, et sacris canonibus, Concilii Tridentini decretis, constitutionibusque apostolicis non adversarentur, approbaverit et con-

firmaverit per suas in forma Brevis die VIII Iulii anno MDCXXXVI expeditas litteras tenoris sequentis, videlicet:

Constitutio Urbani VIII in qua, non obstante devolutione Status Urbini ad Sanctam Sedem, denuo conceduntur collegio facultates.

§ 14. Urbanus Papa VIII, ad perpetuam rei memoriam. Cum, sicut pro parte dilectorum filiorum communitatis et hominum civitatis nostrae Urbinatensis, etc.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die VIII Iulii MDCXXXVI, pontificatus nostri anno XIII.

Epitome sequentis constitutionis Clementis X.

§ 15. Postremo similis memoriae Clemens X etiam praedecessor noster, ex publico studio pro lectionibus sacrorum canonum et legum civilium ac aliarum scientiarum seu facultatum et praesertim mathematicarum disciplinarum in praedicta Urbinatensi civitate olim instituto, necnon ex praefato doctorum collegio, recenter civium opera inter se unitis et coniunctis, unam universitatem studii generalis, in qua sacra theologia, ius canonicum, et leges civiles, philosophia, mathematicae, aliaeque ingenuae disciplinae, scientiae et artes publice docerentur ac perlegerentur, et, qui peracto studiorum curriculo idonei reperti fuissent, ad baccalaureatus, magisterii, doctoratus, aliosque gradus scholasticos, servata in omnibus Videntis et Tridentini Conciliorum dispositione, promoveri libere et licite possent, in omnibus et per omnia, prout in aliis studiorum generalium universitatibus per Sedem Apostolicam erectis fieri solet, apostolica auctoritate perpetuo erexerit et instituerit, ac ipsi universitati studii generalis sic erectae et institutae, eiusque rectoribus, magistris, doctoribus, lectoribus, scholaribus, officialibus et ministris, aliisque personis quibuscumque pro tempore existentibus, ut omnibus et singulis privilegiis,

1 Reliqua omitimus, quia habes in tom. XIV, pag. 538 (R. T.).

indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, praerogativis, honoribus, praeceminentiis et gratiis, quae tam per sanctae memoriae Clementem VIII, quam alios quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, tunc suos, universitati studii generalis civitatis nostrae, tunc pariter suae, Ferrariensis, eiusque rectori, magistris, doctoribus, lectoribus, scholaribus, officialibus et ministris, aliisque personis respective, etiam per viam communicationis, et alias, quomodolibet et qualitercumque concessa et attributa fuerunt, pari modo, absque ulla prorsus differentiâ, uti, frui et gaudere libere pariter et licite valerent, simili auctoritate, perpetuo concesserit ac indulserit per suas in simili forma Brevis die VI Aprilis anno MDCLXXI datas litteras tenoris sequentis, videlicet:

§ 16. Clemens Papa X, ad perpetuam rei memoriam. Aeternae sapientiae consilio, etc.

Constitutio Clementis X in qua refertur erectio studii publici in palatio pontificio, etc.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die VI Aprilis MDCLXXI, pontificatus nostri anno I.

§ 17. Nos igitur, attendentes firmiora esse ea, quibus Sedis praedictae saepius intercedit auctoritas, ac universitatem studii generalis et collegium doctorum praememorata specialibus favoribus et gratiis prosequi et ornare volentes, motu proprio, non ad cuiusquam nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, certa scientia ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praesertim Iulii II, Pii IV, Urbani VIII, et Clementis X Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum litteras, omniaque et singula in eis contenta, tenore praesentium, auctoritate aposto-

Clemens XI confirmat relationes constitutiones.

1 Reliqua habes in tom. XVIII, pag. 184 (R. T.).
2 Forsan legendum *accedit* (R. T.).

lica confirmamus et approbamus, illique inviolabilis ac irrefragabilis apostolicae firmitatis robor et munimen adicimus; quinimo, motu, scientia, deliberatione ac potestatis plenitudine similibus, omnia et singula in eisdem litteris contenta denuo statuimus, sancimus et ordinamus, ac, ab omnibus et quibuscumque, etiam speciali ac individua nota dignis, ad quos spectat et spectabit in futurum, exacte, inconcusse ac inviolabiliter perpetuo observari, volumus, decernimus et mandamus.

§ 18. Praeterea, ad tollendas controversias pluries obortas et in Romana Curia agitatae circa interpretationem praedictarum litterarum Urbani VIII praedecessoris, in quibus decernitur, quod in causis appellationum tam ecclesiasticis quam laicalibus ad memoratum collegium spectantibus appellari non possit, *omisso medio*, et, si appellari contigerit, nullus iudex se ingerere debeat nisi in vim specialis commissionis Romani Pontificis pro tempore existentis manu signatae, declaramus, et apostolica auctoritate, quatenus opus sit, denuo sancimus, decernimus ac ordinamus, omnes et quascumque causas appellationum interpositarum a sententiis seu decretis latis a quibuscumque iudicibus, tam ecclesiasticis quam laicalibus, omnium et quarumcumque civitatum, terrarum et locorum ducatus et legationis Urbinatensis (exceptis tamen beneficialibus, ac iis, quae iuxta Tridentini Concilii dispositionem vel alias de iure sunt inappellabiles, ac iis insuper exceptis quae prius in curia archiepiscopali Urbinatensi vel ab aliis iudicibus ordinariis appellationum in locis, ubi existunt, ut praefertur, iudicandae erunt) in secundis seu tertiis instantiis omnino devolvi debere ad praedictum collegium doctorum; inhi-

bentes, stricte interdicens, ne *hoc omisso medio* appellari possit ad pro tempore existentem Urbini legatum seu vicelegatum, nec etiam ad auditoris Camerae nostrae Apostolicae, vel quodcumque aliud quantumlibet privilegiatum ac speciali mentione dignum Romanae Curiae tribunal aut iudicem, et, si appellari contigerit, nullus iudex in eiusmodi causis se ingerere possit nisi vigore specialis commissionis quae nostra vel Romani Pontificis pro tempore existentis manu signata fuerit; quod si absque huiusmodi commissione se ingerere praesumpserit, omnia ab eo gesta et decreta, attentata, nulla ac irrita sint eo ipso; quin etiam eidem collegio, ut, quacumque inhibitione non obstante et absque alicuius poenae incursu, ad ulteriora in similibus causis procedere, ac, ubi opus fuerit, inhibere, easque a quocumque iudice et tribunali reassumere, cognoscere, et, prout iuris esse censuerit, sine debito terminare, libere ac licite possit et valeat, simili auctoritate, tenore praesentium, perpetuo concedimus ac indulgemus.

§ 19. Ad haec aliam similiter controversiam non semel excitatam, an oppida et loca, quae, dum felicitis pariter recordationis Sixtus V praedecessor noster tribunal audientiae causarum provinciae Marchiae, Rotam nuncupatam, in civitate nostra, tunc sua, Maceratensi, per litteras anno MDLXXXVIII, idibus martii, sub plumbo expeditas, instituit ac erexit, ducatus Urbini subiecta erant, sub earum litterarum dispositione comprehenderentur, e medio tollere ac penitus dirimere cupientes, et declarationibus aliis, ac nuper, nempe diebus XIII septembris et VII octobris anno MDCCXII, per dilectum filium nostrum Petrum Marcellinum tituli S. Iohannis ante Portam Latinam presbyterum S. R. E. car-

Declaratio II.
Loca, quae ducatus Urbini subiecta erant, dum a Sixto V Rotam Maceratensis erecta sunt, sub eiusdem dispositione non comprehendi.

dinalem Corradium nuncupatum, tunc pro-auditorem nostrum, factis, inhaerentibus, civitates, oppida et loca omnia, quae ducatus Urbini, tempore quo praefatae Sixti praedecessoris litterae emanarunt, subiecta erant, sub earumdem litterarum dispositione non comprehendi, nec ullo modo comprehensa censori, ac ita a quibuscumque iudicibus perpetuo iudicari ac definiri debere, statuimus, decernimus et declaramus.

Declaratio III.
Omnes subditos non alibi quam in universitate Urbinatensi posse lauream doctoralem accipere.

§ 20. Demum (cum, sicut accepimus, tametsi pluribus edictis, quorum primum a praefato Guidobaldo secundo Urbini duce, die XVII mensis augusti anno MDLXV, alia vero recentiora a diversis eiusdem civitatis pro tempore legatis et vicelegatis promulgata fuerunt, salubriter cautum ac expresse vetitum fuerit, ne subditi eiusdem ducatus et legationis alibi quam in memorato Urbinatensi doctorum collegio lauream et gradum doctoratus accipiant, et, qui secus fecerint, ab omnibus et quibuscumque publicis in ea provincia muneribus ac officiis excludantur, nec ibidem doctoris professionem exercere umquam possint; nihilominus, eiusmodi edictorum dispositione posthabita, quamplures subditi ad publica munera et doctoratus exercitium ibidem passim admittantur, licet doctoratus insignia in praedicto collegio minime susceperint), nos proinde eorumdem edictorum executioni, ac ipsius collegii decori, utilitati et incremento, quantum cum Domino possumus, opportune consulere cupientes, quemadmodum illustre ceteris omnibus exemplum praebere curavimus, dum antea actis annis duos ex germano fratre secundum carnem nepotes nostros, nimirum dilectum filium nostrum Annibalem, modo S. Mariae in Cosmedin diaconum S. R. E. cardinalem et camerarium Albanum nuncupa-

tum, et dilectum pariter filium magistrum Alexandrum Albanum, in utraque signatura nostra nunc referendarium et Camerae nostrae Apostolicae clericum, quamvis litterarum studiis in hac alma Urbe nostra operam navassent, non a libi tamen quam Urbini in praefato collegio eos doctoratus laurea insigniri volumus, ita nunc, tenore praesentium, apostolica auctoritate, decernimus, praecipimus et mandamus, ut in posterum, atque perpetuis futuris temporibus, subditi praedictae legationis, qui, peracto studiorum curriculo, doctorali laurea ornari voluerint, eam in memorato collegio omnino recipere teneantur, et, qui alibi ipsam receperint, ad exercenda publice munera et officia, atque etiam ad gerendum quarumvis causarum in quocumque foro patrocinium in omnibus eiusdem legationis locis prorsus inhabiles et incapaces sint ac esse intelligantur, nec illos a quoquam ad id, praeterquam a nobis et a Romano Pontifice pro tempore existente, habilitari, neque cum ipsis super huiusmodi defectu dispensari unquam posse, motu, scientia, deliberatione ac potestatis plenitudine similibus, statuimus, decernimus et declaramus.

§ 21. Decernentes pariter, easdem praesentes litteras, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod interesse in praemissis habentes seu habere quomodolibet praetendentes, cuiusvis status, gradus, ordinis et dignitatis existant, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati et auditi, causaeque, propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificateae et iustificatae non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis iuridica et privilegiata causa, colore, praetextu et capite, etiam in corpore iuris clauso, etiam enormi, enormissimae et totalis laesionis,

Clausulae ampliativae.

nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno et substantiali ac inextogitato et inexcogitabili individuamque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos iuris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque iuris, facti vel gratiae remedium intentari vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientiâ et potestatis plenitudine paribus concessio vel emanato, quempiam in iudicio vel extra illud uti seu se iuvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes litteras semper firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere debere, ac illis, ad quos spectat et pro tempore quodcumque et quomodo-cumque spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab iis respective inviolabiliter observari, sicque et non aliter in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos et Sedis Apostolicae nuncios, aliosve quoslibet quacumque auctoritate, praeminentiâ aut potestate fungentes et functuros, sublatâ eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

§ 22. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostrâ et Cancellariae apostolicae

regula de iure quaesito non tollendo, et quibuslibet apostolicis, ac in universalibus provincialibusque conciliis editis et edendis, specialibus vel generalibus, constitutionibus et ordinationibus; quibus omnibus et singulis, quoad ea quae praesentibus adversantur, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium et singulorum tenores praesentibus pro plenè et sufficienter expressis ac insertis habentes, illis aliâ in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, specialiter et expresse ac latissime derogamus, et derogatum esse volumus; ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 23. Ceterum volumus quod eorumdem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etc.¹

§ 24. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum confirmationis, approbationis, declarationis, mandati, ordinationis, voluntatis et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnationis dominicae MDCCXXI, XIV kalendas aprilis, pontificatus nostri anno XXI.

Dat. die 19 martii 1721, pontif. an. XXI.

¹ Reliqua ut pag. 704 a (n. 7.).

Fides habenda transumptis.

Sanctio poenalis.

INNOCENTIUS XIII

PAPA CCXLVIII

Ab anno MDCCXXI ad annum MDCCXXIV.

An. C. 1721 **I**NNOCENTIUS XIII, Romanus, Michaëlagelus de Comitibus antea vocatus, S.R.E. presbyter cardinalis tituli Ss. Quirici et Iulitae, primum episcopus Auximanus, deinde Viterbiensis, Summus Pontifex electus fuit die VIII maii anni MDCCXXI, et die XIX eiusdem mensis coronatus. Creavit cardinales tres. Vixit annos LXVIII, menses IX, dies XXVIII. Obiit anno MDCCXXIV, die VII martii, sepultusque fuit in Basilicâ Vaticanâ. Vacavit Sedes menses duo, dies vigintiduo.

I.

Confirmatur constitutio Clementis XI de privilegiis universitatis studii generalis et collegii doctorum civitatis Urbini, cum novâ eorumdem concessione¹.

Innocentius Episcopus,
servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Rationi congruit ac convenit aequitati, ut ea, quae Romani Pontificis gra-

¹ Laudata constitutio hic refertur, et edita fuit MDCCXXI, die 19 martii, pontif. XXI; huius Pontificis const. editâ MDCCXXI, die 27 novembris, pontif. I, conceditur locus in Rotâ Macerataensi uni ex civibus Urbini.

tiâ ac benignitate processerunt, licet An. C. 1721 eius superveniente obitu litterae apostolicae desuper expeditae non fuerint, debitum consequantur effectum.

§ 1. Cum itaque, sicut accepimus, felicis recordationis Clemens Papa XI praedecessor noster, cupiens civitati nostrae, tunc suae, Urbini, ubi natus et educatus fuerat, quamque nedum ortu suo, sed suis etiam eximiis virtutibus plurimum illustravit, praecipuum aliquod pontificiae suae charitatis et beneficentiae argumentum tribuere, ac potissimum erga universitatem studii generalis ibidem apostolicâ auctoritate dudum erectam¹, in qua olim doctorali laurea decoratus, necnon erga collegium iuris utriusque doctorum inibi pari auctoritate institutum, cui ille itidem, dum in minoribus esset gradibus, adscriptus fuerat, grati memorisque animi sui propensionem palam ostendere et declarare, nonnulla privilegia et indulta a diversis Romanis Pontificibus, praedecessoribus etiam nostris, tunc suis, universitati studii generalis et collegio doctorum praedictis olim concessa, ac insuper nonnulla edicta et decreta in utriusque favorem a ducibus et pro tempore legatis et vicelegatis eiusdem civitatis Urbini edita, ut in posterum observarentur exactius, paulo

¹ Edit. Main. legit erectum (n. 7.).

Epitome et causa constitutionis Clementis XI